

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De orthographia dictionum e Graecis tractarum**

**Johannes <Tortellius>**

**[Venedig], 12. Nov. 1484**

T

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

Attulit aeneas in loca nostra deos.

Huius erat solemus phrygia comes unus ab ida:

A quo sulmonis moenia nomen habent. Et subdit ostendens se illos fastorum libros eo tpe coposuisse: quo apud scythas relegatus erat: dicens ad Germanicum: cui opus inscripsit:

Moenia Sulmonis patriæ germanice nostræ:

Me miserum scythico q̄i procul illa solo est.

**S**urrhentum cum duplicato. r. & secūdo aspirato atq. t. exili scribitur: oppidum fuit campaniæ a græcis teste Iginio conditum: quod palmitibus generosum dixit. Vnde & Plinius in. xiiii. naturalis histo. Vina surrhentina in uineis tatum nascentia: cōualescentibus maxime probata: propter tenuitatez salubritatemq. Et subdit Tiberius Cæsar: dicebat consensisse medicos: ut nobilitatem surrhentino darēt. Alioquin esse generosuz acetum. C. Cæsar: qui successit illi nobilem uappam certant massica: atq. ex mote gaurano puteolos baiasq. prospexit. Nam phalerno contermina ad principatus uenere. Et paululum supra dixerat Diuus Augustus Setinum prætulit cunctis. Et pergit secunda nobilitas phalerno agro erat: quod exolecit nimietate copriæ: potius q̄ bonitate. Et infra subdit: his præponi solebant calena. De quibus in ea dictione uidimus. Qui & subsequitur infra mustum appellant musto usq. ad tertiam ptem mensuræ decocto. Quod uero ad dimidiam est defrutum uocamus: omnia in adulterium mellis excogitata. Et subdit ostendens quid sit passuz dicens id fieri ex quacūq. uua alba & dulci: tamen præcocta siccante sole: donec paulo amplius dimidiū pondus superfit: tunsaq. leuiter exprimunt. Idq. dici passum: deinde quantū expressere adiiciunt uinacis aquæ puteariæ: ut & secundarium passum faciant. Et pergit diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt: ac sine sarmentis madefactos uino excellenti donec intumescant premunt. Et supra dixerat psythium passigenus addito melle esse. Et utitur Plinius declinatione uini in plurali uina uinorum & uinis. Idem Horatius in sermonibus cum ait: Surrhentina uaser qui miscet face phalerna Vina columbino limuz bene colligit ouo Et Ouidius de arte amandi libro primo: Illic saepe animos iuuenum rapnere puellæ. Et uenus in uinis: ignis in igne fuit.

Littera apud græcos & exilis habetur & aspirata. Exilis quidē hoc ē quæ sine aspiratione est: tau ab illis nominat: aspirata uero theta dicitur. quæ diuersa a priori formam detinet: & uim ipsius nostri. th. aspirati detinet: ut in primo horum commentariorum libro late uidimus. Et ut quidam ferunt: erant hæ duæ litteræ: formæ exilis. t. & aspiratæ militum notæ apud ueteres. quibus uti designabat: quot post bellum ex militib<sup>9</sup> superessent: quotue i bello cecidissent: ita ut. T. quæ exilis est in capite uersiculi apposita superstitem designabat militem. Si uero ipsum. o. ad cuius militis nomen appositum fuisset: illum defunctum annotabat. Quod Persius in quinta satyra tetigisse uidetur cum ait: Et potis es nigrum uitio præfigere theta.

**T**aburnus cum. t. exili scribit: & est teste Seruio super secundum georgicorum: mons cāpaniæ oliuetis abundans. Quare dixit Virgilius: Iuuat ismara baccho Conserere: atq. olea magnum uestire taburnum. Eundez retinere optima pascua dixit idem Seruius super. xii. aeneidos.

**T**achompsō cū. t. exili & ch. aspirato scribit. Est teste Herodoto li. histo. ii. insula quædam nili.

**T**enarius cum. t. exili & æ. diphthongo scribitur: promontorium est laconiz iuxta spartam ciuitatem: hoc est circa finem n̄aleæ montis: ut dixit Seruius super. iiii. georgi. In quo q̄a hiacus magnus est: ex quo agēte spiritu: q̄a nōnunq̄ strepitus p̄gredi p̄cipiuntur: dixere ueteres p̄ hunc esse descensuz ad inferos. Vnde Virg. Tenarias etiam fauces alta hostia ditis. Et Seneca in Hercule furente:

Spartana tellus nobile attollit iugum:

Densis ubi æquor tenarius filuis premit:

Hic ora soluit ditis immitis domus. Et reliqua quæ eloquentissime prosequitur: atque idem Statius in secundo thebaidos.

**T**ania cum. t. exili & æ. diphthongo: atq. i. latino scribit: a nostris dici potest fascia Virgilius in. vii. aeneidos Fit longæ tania uittæ: ubi Seruius uittæ extremitatem dixit. Sed pro uittis posuit manifeste Virgilius in. v. ubi ait: Puniceis ibant euincti tempora t̄anis. Alii uero nō putant esse græcum sed latinū: & a tenēdo deductum: quod falsum est. Nam syllabæ q̄ntitas diuersa est: & sane notandum ē ubi t̄anis dixit Virg. a nomina tiuo t̄ana: non autem tania deduxisse.

**T**agus cum. t. exili scribitur: fluius lusitaniz toletum radens: qui ut ait Plini<sup>9</sup> li. iiii. naturalis historie: oritur prope hispaniam carthaginem: & ob arenas auriferas cæteris eiusdem regionis amnibus antefertur. Vnde ait Iuuenalis in. iiii. satyra: Tanti tibi non sit opaci Omnis arena tagi: dixitq. opaci: id est frigidi: ut Virgilius

in Tityro: Frigus captabis opacum: id est auram frigidam. Item in primo georgicorum: Et ruris opaci Falce preme umbra. Vel dicas opaci: id est ob arenulas aureas turbidi. Idem in primo georgicorum: Atq; auro turbidus hermus.

**T**aygetus cum. t. exili utrobiq; & y. græco scribitur: mons est laconum inter lacedæmoniaz positus: sic quoq; cognominatus a Taygeta filia Agenoris regis phœnicum. Estq; mons gelidus: dicite Lucano i. iiii. Gelidiq; inculta iuuentus Taygeti. Virgilius uero etiam taygetam montem uocat cum ait in li. ii. georgi. Virginibus bacchata lacenis Taygeta. Vnde & adiectiuum deducitur. ut Taygetiq; canes. Estq; etiam Taygeta nomen proprium unius ex pliadibus.

**T**alæmeneus secūda cū. æ. diphthongo scribitur: nomen uiri fuit. proprium: q. troianis auxilia tulit.

**T**alentum sine aspiratione aliqua: & unico. l. scribitur: est teste Iulio Polluce de uocabulis rerum ad Comoduz Cæsarem ponderis cuiusdam nomen: ostenditq; hoc auctoritate Homeri dicentis χρύσεια ταλάνηται νε ταλάντα. Cæterū ut apud auctores nostros comperi: duplex est talentū: atticū & euboicū. Rursum & talentum atticum duplex est magnum. s. & paruum. De magno dixit Liuius in. xxxvi. ab urbe cōdita. Magnū talentum atticum octoginta libras habet: & paulo plus. Idem in. xxxiii. manifeste monstrauit talentū illud magnum octoginta libras & quattuor habere uncias: quod si uolumus ad nūmos referre romanos ait Priscianus: sex milia denariorum romanorum habere. hoc quoq; si complete speculari uolumus: ex ipsis pōderibus facile cognoscere possumus. Nam apud romanos hæc sane pondera in usu erant: Siliqua primū quod græci κεραιον uocauerunt: hoc est granum illud: quod ex ea siliqua: qua nos fabam græcam uulgo dicimus: extraxerant: & pro pondere assumpserant. Hoc quoq; apud romanos minimum ex nominatis pōderibus habebatur. Post siliquam erat obolus: qui Dardano auctore scrypulis similiter apud græcos dicebatur: hic sex siliquas continebat. Drachma deinde post scrypulum erat: quæ ex decez & octo siliquis: hoc est tribus scrypulis constare dicebatur. Post drachmam argenteus habebatur nummus: qui denarius apud romanos uocabatur. Hic ex quattuor scrypulis: hoc est drachma: & tertia parte confectum erat. Post hunc uncia dicebatur. hæc ex octo drachmis siue sex denariis constabat. Post unciam libra italica erat: quæ ex. xii. constabat uncias: hoc est denariis septuaginta duobus: siue drachmis nonaginta sex. Eadem apud italos as: apud græcos uero mna dicebatur: quam nos minam per interpositionem unius. i. traducere consueuimus. Sed ut certo argumento comprobari posse uideo: maior erat q̄ libra nostra. Namq; ut ait Plinius in. xii. naturalis historia: de ture locutus etiam inueniuntur gutta: quæ tertiam partem minæ: hoc est trigintatrim denariorum pondus æquent. hæc ille. Atticum igitur talentum: quod magnum dicebatur: ut diximus libras octogintatres: & uncias quattuor ex nostris continebat. Vnde ait Terentius in phormione: Siquis daret talentum magnum. Quare apud romanos teste Liuiio sic institutum est. Talentū ne minus pondo octuaginta romanis ponderibus pendat. Idem alio loco sic decreuit senatus: ut non plusq; tertiæ libræ & quæ tertiæ uncia singulis desint talentis. Paruum uero talentum teste Dardano libras habet sexaginta: de quo Seneca in decimo epistolarum ad Nouatum: Viginti inquit quattuor sestertia: id est talentum atticum paruum. Nam igitur uigintiquattuor sestertia teste Varrone: sexaginta libras habent: & sic sestertium duas libras habet & mediam: dicente etiam ipso Varrone de lingua latina: dipondius enim & semis antiquus sestertium est & ueteris consuetudinis: ut retro æra dicerent ita ut semis. Quintus semis: quartus semis: tertius pronuntiantur a semis tertius: sestertius dictus. hæc ille. Id scilicet denotans post dipondium: hoc est duas libras semis: hoc est mediam libram tertium pondus esse. Ita ut semis cum ad duo pondera sit: tertius dicatur sestertius seu sestertium: sicut dipondus & dipondium: quæ per. s. & non per. x. scribuntur eo quod a semis componuntur. Nam dipondius a duobus ponderibus dictum fuit: & unum pondus assipondium dicebatur. Id ideo quod as libræ erat pondus. Deinde a numero reliquum dictum usque ad centussis: ut a tribus assibus tressis: & sic usque ad decem. A decem uero assibus decussis: a duobus decussibus uicessis: deinde tricessis usque ad nonussis & centussis. Vnde ait Persius: Et centum gratis uno centussis: id est auctione uenditur: quæ per incrementum precii fiebat: ut supra late uidimus in dictione Auctio. Sed ad talentum redeundo dixit Plinius teste Varrone talentum atticum sexdecim aliis taxari. Euboicum uero licet minus attico fuerit: non tamen longe minus. Nam teste Festo quattuor milium nummorum romanorum erat. Legimus etiam apud Homerum talentum sua ætate quid paruum fuisse. Nam in ludis funebribus Patrocli ultima præmia dixit duo talenta esse. Et primum uictorem bouem accepisse: quo fieri uidetur: ut minus duo talenta q̄ unus bos fuissent. Fuerunt præterea diuersarum unciarum nomina apud antiquos prolata: ita ut libra uel as uncia duodecim esset. Deuns uncia undecim: quasi uncia dempta ex asse. Dextans uncia decem: quasi dempto sextante ex asse. Dodrans nouem: quasi dempto quadrante ex asse. Bessis uncia octo quasi bis triens uel binus triens. Septuns uncia septem. Semis uncia sex: quasi semis as id est libra media. Quincuns uncia quinq;. Triens uncia quattuor. i. tertia pars assis. Quadrans uncia tres: quæ sunt quarta pars assis. Sextans uncia duæ id est sexta pars assis. deinde uncia ab uno dicta est. At sefcuns uel ut alii dicunt sefcuntia cum. s. & non cum. x. uncia est & media. Sicut semodius unus modius est & dimidiatus: & selibra libra cum dimidia: semiuncia semis est uncia. duæ sextulæ sunt tertia pars uncia. i. scrypuli octo. Sicilius scrypuli sex.

- Sextula scrypuli quattuor. Dimidia sextula scrypuli duo. Rursus sextula & dimidium sextula scilicet ap-  
pellatur. scrypulus filiqua sex.
- T** alhybius prima cum. t. exili: secūda cum. th. aspirato atq; y. græco: penultima cū. i. latino scribit: fuit teste  
Homero in græcorum exercitu Agamēnonis præco: qui una & Eurybates missi sunt ab Agamemnone ad  
Achillis tentoria pro Briseide abducenda.
- T** halpius cum. th. aspirato & i. latino scribit: fuit teste Homero unus ex græcis: q ad troiam uenere.
- T** halamus cum. th. aspirato & unico. l. scribit: est coniugis utriusq; cubiculum.
- T** halia cum. th. aspirato & i. latino scribit: una est ex nouem musis: ut uidimus in dictioe Musa. Et apud græ-  
cos quidem habet accentum in prima: apud latinos uero in penultima. Virgilius in bucolico: Nostra neque  
erubuit filias habitare thalia. & deriuatur. a θαλασσα: quod est germino uel uireo. Sed ut dixit Seruius la-  
tine scribi debuisset Thalea cum. e. sicut cytherea & non cytheria. sed græce protulit Virgilius Thalia p eu-  
phoniam i: ut græcum seruaret sonitum: uis uel legem regulæ contēpsit: quasi dicere uelit: Regulam esse ut  
ibi apud græcos ē ei diphthongus: apud latinos transferri habeat in. e. non in. i. quod (ut sæpe uidimus) nō  
semper obseruamus ut νεῖ λος nilus σπον λειος spondens: & plura alia. Sane hæc eadem uel altera eodē  
nomine gratiarum fuit una: ut uidimus in dictione charitas.
- T** halassius cum. th. aspirato & unico. l. atq; duplicato. s. scribit: nomē fuit uiri pprium: cui in raptu sabinæ  
pulcherrima cōtigit uirgo: ut dixit Plutarchus i uita Romuli: & αλασσα: quod est mare deducitur.
- T** hales cum. th. aspirato: & unico. l. scribitur: fuit unus ex septem græciæ sapientib: & teste Herodoto ex pa-  
tre Examio: & matre Cleobolina ex thelidarum familia: qui Phœnicum nobilissimi a Cadmo: & ab Ageno-  
re originem ducūt. Platoneq; teste natus primusq; sapiens uocatus est: quo tempore Damasi<sup>9</sup> athēnis prin-  
ceps erat: sub quo septem quoq; sapientes appellati sunt: ut Demetrius Phalerius in descriptione principū  
meminit. Fuit & mileti ciuis inscriptus. Idem post reipublicæ negotia ad contemplādā rerum naturā se se  
transulit. Et ut ait Cicero in primo de natura deorum: primus de rerū natura traditur disputasse. Sane iu-  
xta quosdam nullū ingenii sui monumentum reliquit. Callimachus hunc dicit inuentorem fuisse minoris  
ursæ: ac illius stellas notasse: quibus phœnices nauigant. putant hunc pleriq; primum astrologiæ secreta ri-  
matum: solis defectus: cōuersionesq; prædixisse: ut Eudeniū de astrologiæ historia Heraclitūq; & Demo-  
critus attestantur. Sunt qui illum primum dixisse immortales esse animos affirmant: ut Cherillus poeta. ab  
ægyptiisq; præcepta geometriæ accepit. Ipse idem teste Hieronymo rhodio ostendit philosophum ditari  
posse si uellet: cum olei penuriam præuidisset. Obiit cum certamen gymniciū spectaret: æstu. f. ac siti fatiga-  
tus. Ortum Thaletem primo anno. xxxv. olympiadis Apollodorus in chronicis tradidit. Mortuū āno æra-  
tis. lxxviii. uel nonagesimo secūdum Socratem: fuitq; temporibus Cræsi.
- T** hamana prima cū. th. aspirato: penultima cum. æ. diphthongo scribit: fuerunt teste Herodoto libro histo-  
riæ. iii. populi in scythia asia.
- T** hamyra cū. th. aspirato & y. græco scribit: nōnulli thamyras cum. s. i fine: apud græcos uero Thamyris cū  
i. latino ante. s. scribitur: fuit uir thracicus cantandi arte præclarus. Hic teste Homero in. ii. iliados. Cum ex  
cechalia ueniens in dorio cēt: musasq; obuias habuisset: scientiam cantādi gloriabūdus sibi uēdicauit: easq;  
ad certamen musices. puocauit: ad cui<sup>9</sup> insolētem uocē illa Iouis filiæ stomachata: & modulationē qua præ-  
ditus erat: & pulsandæ citharæ peritiā & sensum uisus penit<sup>9</sup> abstulerūt. Quāobrem dicebat Ouidius: Quid  
miserum thamyram picta tabella iuuat: cum. f. eam uidere non posset. Et Propertius:  
Me licet & thamyra cantoris fata sequantur:  
Nunq; ad formosos inuide cæcus ero.
- T** anager cū. t. exili & unico. n. scribit: fluui<sup>9</sup> ē lucaniæ regionis: quæ est inter campaniā & calabryam: quem in  
æstate ficcari ostēdere uidet Virgi. cum ait in. iii. georgicorū: Et sicci ripa tanagri. exponit Seruius id est non  
multum abscedans aqua.
- T** anais cū. t. exili & i. latino scribit: fluui<sup>9</sup> ē septētrionalis in scythia: qui i paludē mæotidem defluit: quem ni-  
ualem dixit Virgilius in. iiii. georgi. Et Lucanus in. iii. Asiæ quoq; terminus idem Europæ mediæ dirimens  
confinia terræ. Nunc huc: nunc illuc qua flecitur ampliāt orbem.
- T** hanatos prima cū. th. aspirato: ultima cū. t. exili scribitur: dicit a nostris mors: & inde athanatos imortalis.  
Et nōnunq; mors ipsa actum moriēdi dicit: ut Virgi. in. xi. anei. Multa boum circa maclant corpora morti.  
Aliquando uero deam quādam: ut Statius in scopulis: Mors sæua sedet. Et Lucanus: Ipamq; uocatā: Que  
petat a nobis mortem tibi coge fateri.
- T** anes cum. t. exili scribit: fuit uir perfa: & unus ex ducibus Darii.
- T** antalus absq; aliq; aspiratione scribit: fuit teste Lactantio grāmatico super. ii. thebaidos Iouis ex Plote nym-  
pha filius: quod ille apud Senecā in Thyeste pfitet cū ait: Magne diuorū parens nosterq; q̄uis pudeat. Hic  
dicit Eusebi<sup>9</sup> li. de tēporib<sup>9</sup> reges fuisse phrygiæ: & bellū aduersum Troē Dardaniæ regē: ac Ganymedis pa-  
trem gefisse: eo quod uenatē Ganymedē uolēter abstulerat. Idem cū deos hospitio suscepisset filiū suū Pe-  
lopem eis comedendū apposuit: mentit<sup>9</sup> alias eē carnes: a qb<sup>9</sup> epulis dei oēs excepta Cerere abstinere: quæ

- illius comedit humerum: ob quod facinus illuz Iuppiter in ifernū detrufit: atq; hoc ipfo fupplicio dānauit: ut uifq; ad inferi<sup>9</sup> labiū i lympidiffima diuerfaret aqua: fed tunc quoq; cū ad potum inclinaret fugaciffima Insuper & inclinari arbores redolentibus pomis ufq; ad os eius ftatuit: quæ omnia fugiebant: dum ea fame uel fiti capere conaretur. Quare de illo dicebat Seneca in Hercule furente:  
 In amne medio faucibus ficcis fenex:  
 Seftatur undas: abluit mentum latex.  
 Fidemq; cum iam fape decapto dedit:  
 Perit unda in ore: poma deftituūt famem.  
 Et Ouidius in. iiii. metamorpho. Tibi tantale nullæ  
 Depræhenduntur aquæ: quæq; iminet effugit arbos. Et in li. ii. de fine titulo:  
 Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat  
 Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. Quo fit ut inter odorata poma & aquas pofitus: fame fitiq; pereat.  
 & ut dicūt poetæ fuit hic Tantalus Agamēnonis & Menelai auus: a quo patronymicum deducit tātalides.  
 Ouidi. li. ii. de triftibus: Quid nifi tantalides agitæte cupidine currus Pylæam phrygiis uexit eburn<sup>9</sup> equis.  
 Fuit & alius Tantalus corinthiorum rex adeo pius: ut dicat a poetis deorū mēfis accubiffie. Ali<sup>9</sup> fuit Thyefis filius ex Merope Atrei coniuge fufceptus: quem ipfe Atreus occidit: & patri comedendum appofuit.  
**T** apetum cū. t. exili utrobicq; fcribit: habetq; accētum in penultima. Virgilius in. vii. Infrato oftro allipedes picūsq; tapetis. Et dicit etiam hic tapes huius tapetis. Vnde est: Qui forte tapetib<sup>9</sup> altis Extruēt. Et fimiliter idem: Pulchrosq; tapetes.  
**T** apinofis cū. t. exili & i. latino utrobicq; fcribit: at fecūda apud græcos habet ei diphthongum: & dicitur latine humiliatio. Vnde & figura quædam tūc dicit: cum rei magnæ fit humilis expositio. Virgilius in primo ænei. Apparent rari nantes in gurgite uafio. ubi gurgitem p̄mari pofuit teſte Seruio. Nam Ταπεινός græce: latine dicitur humilis.  
**T** aphos cū. t. exili fcribit: a noſtris dicit ſepulchrum. Et a tapho deducitur epitaphiu: & ut ait Plinius in. vii. naturalis hiſto. Sepultus intelligit quoquo mō conditus: humatus uero humo contactus.  
**T** apfus cū. t. exili fcribit: nomē eſt in ſulæ decem ſtadiis a ſicilia diſtantis uerſus ſyracufas: & pene fluctib<sup>9</sup> par uel parū maior: ut dixit Seruius. Vnde inquit Virgilius in. iii. ænei. Tapſūq; iacentem.  
**T** aracina cū. t. exili & unico. r. a nonnullis fcribit. At uero in oibus græcis codicibus. r. duplicatū comperi: oppidum fuit uolſcorum in campania: quod prius anxur dicebatur: ut in ea diſtione uidimus. Et teſte Solino cum in ſula. ante eēt circūflua imenſo mari: nunc æuo neſcente addita cōtinēti: & ob diuerſam fortuna: a reginis expertam taracinam a Ταρρα: quod eſt conturbo dictam putat.  
**T** hara cum. th. aſpirato fcribit: fuit teſte Herodoto parthorum uicus.  
**T** aratius cum. t. exili utrobicq; & i. latino fcribit: fuit teſte Plutarcho in uita Romuli miniſter Tarchetii impiū albanorum regis.  
**T** archetius cum. t. exili: & ch. aſpirato ſcribitur. Rettulit Plutarchus in uita Romuli quofdam dixiſſe hunc immanem fuiſſe: ac impium albanorum regem.  
**T** archon cum. ch. aſpirato ſcribit: nomē eſt p̄prium compositum ex τὸ articulo græco: & archon p̄ abiectionem. o. dicitur Tarchon: ſed cum fit p̄prium accipit. ω. magnum in ultima: hoc eſt Τάρχος. Sane cum ad latinus tranſſert: deberet abiici ultimum. n. & dici Tarcho: ſicut Apollo: quæadmodum i primo horum comētariorum li. ut plurimum fieri oſtendimus. Et ſic Virgilius in. viii. ænei. n. abiicit cū ait: Hinc tarcho: & tyrrheni tuta tenebant: cā metri feciſſe dicunt: ut. ſ. ſcynalæpha fieri poſſet. ut ſimiliter in. x. cū ait: Partheniūq; rapho & prædug uiribus horſen. Nam raphon dicit: ſimiliter tarchon cū. n. Idem alibi expreſſit: ut in. x. Haud ſit mora tarchon iungit opes  
**T** arentum cum. t. exili utrobicq; atq; unico. r. ſcribitur: fuit calabryæ urbs inclyta in ultimo Italia: cūca ſalētinorum conſinia: a Tara Neptuni filio teſte Seruio ſuper tertio æneidos primum ædificata: atq; a ſpuriis ſpartanorum Pallante duce deinde plurimum ampliata. Quod Iuſtinum intellexiſſe puto cum ait libro. iii. ab illis conditam: unde & græci tarantum dicunt: ſicut talantum: ſe per quem modum uenerunt longo & pulchro ſtilo proſequitur idem Iuſtinus. Similiter Florus pulcherrima refert cum bellum ſcribit tarentinū. Et in uita Pyrrhi in Plutarcho. Id Iuuenalis declarat in ſatyra Stemmata quid faciunt cum ait: lunctamq; tarentum.  
**T** aras cum. t. exili ſcribitur: fuit Neptuni filius: quem tarentum ædificaffe quidam putant.  
**T** arna cum. t. exili ſcribitur: urbs ponitur ab Homero libro q̄nto iliados fertiliſſima: quam expoſitores uocatam poſtea ſardis dixerunt.  
**T** arpeia cum. t. exili ſcribit: fuit teſte Plutarcho in uita Romuli filia Tarpeii: quæ romanam arcem in capitolio conſtitutam ſabinis prodidit.  
**T** arſus cū. t. exili ſcribit: urbs fuit præclariſſima ciliciæ: quam teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoria: Perſeus Danaes nobiliſſima proles ædificauit. Vnde & Lucanus in q̄rto. Deſerit tauriq; nemus pſeaq; tarſus.

- Per hanc fluitius amoenissimus cydnus defluit: ut in ea dictione uideamus: fuitque Pauli apostoli patria.
- T**artarus absque aliqua aspiratione scribitur: locus est infernalis: quem Aristarchus super Hesiodi theogonia a Tere Troaen: quod est conturbor deriuari dixit: quia illic omnia perturbata dicuntur: & in plurali solo neutro genere effertur.
- T**artessus absque aliqua aspiratione: & cum duplicato. s. scribitur: locus ponitur ultra colunas Herculis.
- T**asium cum. t. exili & i. latino: atque unico. s. scribitur: genus est uini a Tere Troaen quae est detentio deductum.
- T**atianus absque aliqua aspiratione scribitur: nomen est uiri proprium.
- T**aurus cum. t. exili scribitur: & pro quocumque forti boue accipitur. Virgilius li. georgi. i. Ergo age terrae Pingue solum primis ex templo a mensibus anni Fortes inuertant tauri. Et inde taurinus: ut in. iiii. eiusdem operis. Alii taurinis follibus auras Accipiunt. Nam omnia nomina quae a mutis aialibus in hanc formam deriuantur: lo-gam in penultima seruant: ut aper aprinus: caper caprinus: lupus lupinus: formica formicinus. Plautus in me-nachinis: Atque eccum incedit gradu formicino. Lepus leporis leporinus. Hirudo hirudinis herudinus. Ideo Plautus in rudente: Ad hirudinum nidum uisa est mihi simia ascensionem ut faceret. Similiter ueruecinus a uerueris: & porcinus a porco: ouinus item ab oue: suinus a sue. Nam ouilla & suilla teste Prisciano diminutiua sunt. Est etiam taurus mons: quod teste Plinio in. v. naturalis histo. & Solino in collectaneis primo: ab indico mari surgit. Deinde inter aegyptum & pamphilicum pelagus obiectus septentrioni dextero latere: leui meridianae plagae occurrit. Denique se rhyphis iugis ancedit: sed pro gentium ac uarietate linguarum plurifariam nominatur. Apud indos hiamos: apud parthos prenyphates: inde taurus. Ast ubi in excellentissimam sublimitatem consurgit caucasus. Pomponius uero Mela li. i. suae cosmographiae conat ostendere caucasum non esse iugum tauri montis pro hoc: quod eufrates quae a latere tauri demissus est: tendens in meridiem caucasum a sinistra: & taurum excludit a dextera.
- T**aurominium cum. t. exili & i. latino scribitur: mons est & supra illum in sicilia: quam esse romanorum coloniam dixit Ptolemaeus in geographia. Estque teste Appiano asperrimus: & acutissimos detinet lapides: iuxta cuius litus optimos capi mullos ostendit Iuue. in satyra Si te propositi cum ait: Mullus erit domino: quod misit corsica: uel quem Taurominitanae rupes. & reliqua. Nam teste Prisciano circa finem libri secundi a taurominio taurominitanus deriuatur: ut a gadibus gaditanus: a drepano drepanitanus. Vnde Plinius libro. xiiii. naturalis histo. Taurominitanus inquit honos lageis. i. uuis. pro mamertino plarumque subditur.
- T**auchira cum. th. aspirato: & i. latino scribitur: ciuitas est teste Herodoto libro historiarum quarto: barcaeorum in libya.
- T**antologia cum. t. exili utrobique scribitur: ad litteram exponi potest id est eloquium: ut Virgilius in primo aeneidos: Si fata uirum seruant: si nescitur aura Aetherea: neque adhuc crudelibus accubat umbris. Idem in. iiii. Humilique uidemus Italia: italiam primus colat aches: Italia lato fotii clamore salutatur. Nam totum quod repetit unum est: sed ad exprimendum affectum crebro sermone denuntiatur.
- T**axus cum. t. exili scribitur: dictio latina est: & denotat arborem: de qua late in dictione Similax uidimus. & est generis foemini: cum ponitur pro arbore. ut Virgilius in bucolicis: Sic tua cyrneas fugiant examina taxos cum uero pro animali est generis masculini.
- T**haumantias prima cum. th. aspirato: & penultima cum. t. exili: & i. latino scribitur: uocata sunt hoc nomine Iris ab oia. i. i. quod est miraculum: seu admirabile. Nam sic quoque apud mortales is diuerforum colorum aspectus uisus est: & ideo thaumatis. i. miraculi filia dicta est. Vnde & thaumantias deriuatum est. Virgilius libro. ix. aenei. Ad quem sic roseo thaumantias ore locuta est.
- T**hassii cum. th. aspirato & unico. s. scribitur: populi sunt thraciae: teste Herodoto li. histo. vi. in insula thaso degentes: apud quos fodit materia auri: & aliorum quorundam metallorum.
- T**earus cum. t. exili & unico. r. scribitur: fluuius est thraciae: ad cuius caput cum Darius ad scythas proficiscens & bosporum transmeasset: applicuerit castra diebus continuit: cuius dulcissima & limpida aqua delectatus: eo in loco columnam teste Herodoto libro historiarum quarto: graecis litteris inscriptam apposuit cuius inscriptione latine sic traducimus: O teari fluuii fons: cum omnium fluuiorum optimam & pulcherrimam proferas aquam: & ad te Darius Hystaspis filius persarum & mesopotamiae rex omnium hominum optimus & pulcherrimus: ad scythas proficiscens uenerit: haec quoque tibi inscripta apposuit.
- T**heatrum prima cum. th. aspirato: ultima cum. t. exili scribitur: dici potest a nobis uisitorum uel spectaculorum Cuius origo teste Cassiodoro (neminem enim praeter hunc de re hac legere ualui) ab graecis tracta est. Nam cum agricoltores feriatis diebus sacra diuersis numinibus per lucos uicoseque celebrarent: athenienses primum agreste principium in urbanum spectaculum collegerunt: theatrum graeco uocabulo appellantes: quod eminus affans turba conueniens sine aliquo impedimento conspiciat. Et infra subdit: hos ritus romani sicut caetera extrema ad suam rempublicam non inutiliter trahentes: adificium alta cogitatione conceptum magnanimitate mirabili condiderunt. Haec illi in epistola ad Symmachum Boetii foecum ostendit eam machinam in hemicycli speciem esse constructam: & frontem illam quae uelut corda inter arcus cornua patebat scaenam appellari: Quae binis & saepe pluribus contignationibus constabat.

Hemicyclus uero nullo oblectus fornice lintheis quandoq; tegebatur. Vnde ait Plinius li. xix. naturalis historia: Primus omnium Catullus lintheis in theatro umbram fecit: & pariter byssina uela primus in theatrum duxit. habebat & theatrum gradus: in quibus homines ad spectandum confidebant: ita ut altiores in ambitu semper excrescerent. In quam sane formam primum theatrum. M. Scaurus in sua aedilitate: non quidem perpetuo: sed triginta tantummodo diebus scaenicorum ludorum duraturum extruxit. dicente Plinio: Sic fecit in aedilitate sua opus maximum omnium: quae unquam fuerit humana manu facta: non temporaria mora: uerum etiam aeternitatis destinatione. theatrum hoc fuit scaenae triplicis trecentarum sexaginta columnarum: pars scaenae inferior e marmore fuit: media e uetro. Inaudito etiam postea genere luxuriae summam columnarum tabulis inauratis: & columnarum (ut diximus) duodequadraginta pedum. Signa aerea inter columnas ut diximus fuerunt. xxxiii. numero. cauea ipsa cepit hominum octoginta milia. Quod autem scribit Plinius se supra dixisse: fuit in li. xxxiii. in haec uerba. In. M. Scauri aedilitate tria milia signorum in scaena tantum fuisse temporario theatro. Et li. xxxvi. non longe ab initio: trecentas inquit sexaginta columnas. M. Scauri aedilitate ad scaenam theatri temporarii: & uix uno mense futuri in usu uiderunt portari. Et infra subdit: Maximam earum duodequadraginta pedibus luculei marmoris. haec ille. qui & marmora de temporariis theatris scripsit. Nam eodem li. ostendit. C. Curionem: qui bello ciuili partibus caesarianis fauere: in funebri patris munere theatra duo temporaria construxisse. Vnde ait theatra duo iuxta fecit amplissima ex ligno acerno: singulorum uersatili ac pensili libramento. In quibus utriusque ante meridiana ludorum spectaculum numerum fiebat edictio inter se auersis: ne iuicem obstreperet: & repente circum actis: ut constet postremo die sedentibus aliquibus & cornibus inter se coeuntibus amphitheatrum gladiatorum spectaculum edebat ipsum magistratum & populum circumferens romanum. Et subdit longo processu ostendens se populi romani furorē admiratum: qui terrarum uictor: & totius dominator orbis uniuersus uelut duobus nauigiis impositus binis cardinibus se crediderat: & seipsum depugnatum spectabat periturus momento aliquo laxatis machinis. Verum marmorum theatrum ex quadrato lapide primus Pompeius magnus romae struxit. De quo Cornelius Tacitus: Nerone inquit quartum Cornelio Cossio consilium. Quinquennale ludicrum romae institutum est more graeci certaminis uaria fama: ut cuncta ferme noua. Quin. Cn. quoque Pompeium inculatum a senioribus ferunt quod marmorum theatri sedem posuisset. Nam antea subitariis gradibus & scaena in tempus structa fuerat. Et infra subdit: Sed consultum praemonitione quod perpetua sedes theatro locata sit: potiusque inuenso sumptu singulos per annos confurgeret ac strueret. huius theatri magnitudinem idem Cornelius Tacitus ex illo ostendere uidet: quod Nero nobilibus germanis populi romani magnitudinem ostensurus. Eos ut inquit in Pompeii theatro populo plenum introduxit. Quin & teste Plinio li. xxxiii. naturalis historia. hoc ipsum theatri Nero in sumptu inaurauit: ut in illo Tiridantem armeniorum regem exciperet. Verum Suetonio teste: licet hoc theatri a Cn. Pompeio inchoatum fuisset: & magna parte extructum Caligula imperator absoluit. Hoc inter miranda totius orbis aedificia Cassiodorus in epistolis admirat. Apud hoc ipsum theatri Pompeii atrium sui nominis (quae multis postea in locis curia appellata est) struxit. Quo in loco C. Caesarem occisum fuisse Suetonius scribit. Ante quod atrium porticus fuit pompeiana. De qua Ouidius de arte amandi dixit:

Tu modo pompeia lentus spatia sub umbra:

Cum sol herculei terga leonis adit. Theatrum etiam summam magnitudinis teste Suetonio a Caesare struit: tarpeio monte accubans. Scaenae uero causa ex eo processit: ut inde comici tragicique & ceteri poetae sua recitarent poemata. Sunt & additi pantomimi: quibus personatis tragicorum & poetarum inuenta per singulorum actuum assimilationem monstrarentur. Erant & in scaena aulicae: erant praecones: erant tibicines: citharocedi: cornicines: choraulae: organarii: symphoniaci: tragocedi: comici: homeristae: funiambuli: pilarii: podarii: & similes. Et ut ait Seruius in undecimo aeneidos: ludi theatrales apud ueteres non erant nisi in honore Liberis patris.

Theatrides cum. th. aspirato scribitur: fuit nomen uiri proprium.

Thebe huius thebes: uel thebae harum thebarum in plurali numero utriusque ab auctoribus comperitur: & cum th. aspirato scribitur: nomen fuit nonnullarum ciuitatum. Nam una in aegypto erat: quam teste Diodoro siculo libro historiarum secundo: Busyris aegypti rex condidit: & quam graeci heliopolim: id est solis urbem uocauerunt. Cuius moenia centum quadraginta stadiorum ambitu fuisse dixit. Eamque magnis aedificiis ac speciosis deorum templis: aliisque ornamentis pulcherrimis exornauit. Simili modo & priuatorum domus usque ad quartam & quintam contignationem struxit. Ciuitatem in super non aegypti solum: sed aliarum orbis omnium reddidisse felicissimam idem auctor enarrauit. Hanc eandem Plinius libro trigesimo sexto naturalis historiae: pensilem totam fuisse scribit: subter quam reges soliti erant exercitus maximos armatorum educere nullo sentiente ex oppidanis. Et quod mirabilius est medium oppidum fluminis interfecabat. Habuitque teste Homero libro iliado quinto: portas centum: quod Iuuenalis tergit in ultima satyra cum ait: Atque ueteris thebae centum iacet obruta portis. A qua ut Plinius confirmauit: regio thebaica aethiopiae coterminata est. Alia fuit thebe in boetia ab Cadmo Agenoris filio primum aedificata: sed ab Amphione: ut in ea diuisione uidimus muris plurimum exornata. Fuitque urbs clarissima: & Bacchi atque Herculis patria: quam tandem Alexander

magnus euerit uenditis ciuibus sub corona. Hæc nonnunq̄ a poetis draconigena nominat: quia a Cadmo cum qnq; uiris natis ex quodam dracone ab ipso interfecto cōstructa fuit: & apud auctores obseruatum est ut thebani a thebis in boetia: & thebei a thebis in ægypto dicantur. Alia teste Homero lib. iliados. vi. fuit in sicilia patria Andromæches uxoris Hectoris: quod Ouidius li. i. tristium cum ait: Nec cruciere minus q̄; cuz thebana cruentum Hectora thessalico uidit ab axe trahi. de qua uidimus in dictiōe Andromache. Alia etiā teste Plinio libro. iiii. naturalis histo. fuit in lucania: quæ regio est Italiæ inter campaniã & calabryam: ut uidimus in dictiōe Italia.

**T**heano cū. th. aspirato scribit: habetq; accētum in sine. Fuit teste Homero li. iliados. vi. filia Cissi thracii: & Antenoris dia coniunx: quā troiani sacerdotio Mineruæ præfecerūt.

**T**echna cū. t. exili & ch. aspirato scribit: dicit apud nostros ars. Terentius: Quam scio hanc esse technā Parmenonis. & inde technites artifex. Vnde teste Vitruuio li. iiii. de architectura: Callimachus ob elegantia & subtilitatem artis marmoræ Calotechnus fuit nominatus idest bonus artifex: & sic per oppositum cacotechnus malus artifex dici potest.

**T**hecla cum. th. aspirato & c. exili scribit: nomen est pprium mulieris.

**T**elamon cum. t. exili scribit: fuit Aeaci filius: frater Pelei patris Achillis: atq; pater Aiakis: & rex salaminæ: ut uidimus in dictiōe Asopus.

**T**elecrus cum. c. & t. exilibus scribitur: rex fuit laconia.

**T**elemach<sup>o</sup> cū. t. & ch. aspirato scribit: fuit fili<sup>o</sup> Vlyxis ex Penelope: quæ ad troiã pges cū uxore puulū reliq̄.

**T**elemus cum. t. exili & unico. l. atq; sine aliqua diphthongo scribit: fuit teste Homero in odysea: & Theocrito in bucolicis unus ex cyclopibus & mantes magnus: q̄ Polyphemū occæcādum ab Vlyxe prædixit: dicente ipso Polyphemo apud Theocritum in ea ægloga: quæ incipit *Δαμῖτασ καὶ Δάφνισ*: de ipso scilicet Telemo: *Ἰηλεμος ἔχρηγορέων ἔχρη φέρωποτι δίκον ὀπωσ Τεκέεσσι φυλάστῃ*. Ouidi<sup>o</sup> uero lib. xiii. metamorpho. si textus iam emendatus habet non Telemum: sed Telephum uocauit dicens:

Telephus eurymedes: quem nulla sefellerat ales

Terribilem polyphemon adit: lumēq; quod unam

Fronte geris media rapiet tibi dixit ulyxes.

Sed ex defectu librariorū ex similitudine nominum pcessisse existimo.

**T**elephus cum. t. exili: & unico. l. scribit: fuit Hercules filius ex Auge nymp̄a pgenit<sup>o</sup>: ut Sophocles attestat quem in siluis expositum a cerua lactatum dixit. Sed tractu temporis robustius effect<sup>o</sup> in licia cithensib<sup>o</sup> imperauit. Veniensq; deinde in auxilium troianorū: dum Vlyxem insequitur a trunco: quæ in uinea forte ostēdit præpeditus: ab Achille in sinistro femore uulnerat: sed a suis ptectus manus illius effugit. Ac cum idies uulneris dolore grauaret: nec adhibita p̄ficerent remedia: Apollinē cōsuluit: qui respondit non aliter illum liberari posse: q̄; quod iterum ab Achille uulnerandus accederet: qui sic quoq; ab illo iterum uulnerat<sup>o</sup> inco lumis effectus est. Quod Ouidius tetigit li. i. de remediis cum ait:

Vulnus achilleo quæ quōdam fecerat hosti:

Vulneris auxiliū pelias asta tulit. Quin & Pyrrhus Agamēnoni apud Senecam in troade dixit:

Inhospitali telephus regno impotens

Dum mysiæ ferocis introitus negat:

Rudem cruore regio dexteram imbuit:

Fortēq; tandē sensit & mitem manum. Quod Plinius ad naturalē referens historiam dixit ferri naturā sicut cillimam esse & siccā. Quare in emplastris plagæ cōsolidatiuis limaturā ferri medici cōsueuerūt adhibere ut Achilles edoctus a Chirone p̄ imissionem ferri Telephi uulnus sanasse dicitur.

**T**elegonus cum. t. exili & absq; aliqua diphthongo scribitur: fuit Vlyxis filius ex Circe: qui postea patre in cognitum interfecisse scribitur.

**T**elesto cū. t. & c. exilibus scribit: fuit nymp̄a Oceani & Tethyos filia: ut ostendit Hesiodus in theogonia: **T**elys cum. t. exili & y. græco scribit: fuit teste Herodoto libro histo. v. Sybaritum tyrānus: facitq; i genitiuo Telyos: ut Tethys tethyos.

**T**elestarchus cum. t. exili & ch. aspirato scribitur: ciuis fuit famius.

**T**elestor absq; aspiratione: & unico. l. scribitur: fuit pater Euripidis.

**T**elonæus cum. t. exili & unico. l. atq; æ. diphthongo in penultima scribitur: locus est ubi p̄ magnis mercib<sup>o</sup> exigitur. Nam *Τέλοσ* græce apud nos tributum & uectigal & pensio traducitur.

**T**ellus cum. t. exili & duplicato. l. scribitur: fuit teste Herodoto libro histo. primo: uir atheniensis: quem Solon Cræso beatiorem putauit.

**T**elum cum. t. exili & unico. l. scribit: omne id dicitur quod iaci potest: & *τὴλον* quod latine longum ē deriuatur. Vnde & p̄ gladio: q̄ longus est nonnunq̄ sumitur. Virgi. li. ix. aenei. At nō hoc teluz mea quod ui dextera uersat Effugiens. ubi telum. i. gladium intellexisse Virgilium dixit Seruius.

**T**hemillas cum. th. aspirato & i. latino: atq; duplicato. l. scribitur: nomen fuit uiri troiani.

thcāmenēs



- T** hecstamenes prima cum. th. aspirato: reliquæ sine aspiratione scribuntur: nomen fuit uiri pprium.
- T** empe cum. t. exili scribit: nemus est æmonia inter ossiam & olympum sitū: quæq; milibus passuū in longitu-  
dinem tendens: arborib; textum se ab utraq; ripa penei fluminis in cæluz tollentib;: quæ inter alia placidis-  
simam umbrā reddūt. Nā p eius medium annis peneus a pindi radicib; pfluens: iucūdisime discurret: gra-  
mine uestitis marginib; auiūq; concentu: & calculorum aquarum sonitu peramœnus. Vnde ait Virgili; in  
iiii. georgi. Pastor aristæus fugiens pencia tempe. Et Ouidius in i. metamorpho. inquit:  
Est nemus emonia prærupta: quod undiq; claudit  
Silua: uocant tempe: per quæ peneus ab imo  
Effusus pindo: spumosis uoluitur undis. Et reliquæ.
- T** empisa cum. t. exili scribit: fuit ciuitas brutiorum.
- T** embrius cum. t. exili scribit: fuit teste Orpheo in argonautica fluuius iuxta pontum.
- T** hemis cū. th. aspirato scribit: fuit dea: quam teste Festo putabant eam esse: quia hōibus præciperet id petere  
quod fas eēt: illaq; id eē existimabant: quod fas ē. Nāz εὐμῖος fas apud græcos designat: habuitq; templum  
in boetia iuxta cephisum amnem: ad cuius oraculum accessit Deucalion cum pyrrha uxore pro cōsilio re-  
cuperationis humani generis.
- T** hemistocles prima cū. th. aspirato: reliquæ sine aspiratione scribuntur: fuit uir atheniēsis Neocli fili;: ab ado-  
lescētia infamis. Sed hanc infamiā mirandis uirtutibus reliquo suæ uitæ tempore expurgauit: adeo ut an-  
teferat huic nemo: uel pauci pares putent. Nam teste Thueydide de instatib;: quibusq; uerissime iudicabat  
de futuris callidissime coniciebat. Hic euz Xerxes & mari & terra bellum uniuersæ inferret græciā: cū tātis  
copiis: quantas neq; ante neq; postea habuit quisq;: ut in dictione Xerxes uidebimus: nō soluz salus patriæ  
& totius græciæ: sed totius europæ fuit. Nam cū maxime athenienses peti dicerent: ob pugna; .f. maratho-  
niam: in qua persæ turpiter debellati fuerant: & ipi delphos cōsultum qdnam facerent de rebus suis mitte-  
rent. Respondit Apollo teste Herodoto: ut mœnib; ligneis se munirent. Quod cū nemo intelligeret: The-  
mistocles persuasit consilium Apollinis: ut in nauib; se suaq; cōferrent. Quod ita fuisse cōpertum est. Nam  
sic quoq; se cōponentes Xerxes sua uirtute Themistocles nauali prælio debellauit: & ex europa discedere  
tanto artificio curauit: ut se a Themistocle conseruatu; magis q; superatū crederet. Fecitq; præclara multa:  
quæ alii historici tractauerūt. De quo Quintilianus li. xi. de institutione oratoria: Cæterum inquit quantuz  
natura studioq; ualeat memoria. Vel Themistocles testis: quē unum inter ânūm optime locutū persice con-  
stat. Vel Methridates: cui duas & uiginti linguas: quot natōnib; imperauit: tradit; notas fuisse. Vel Crassus  
ille diues: q cum asæ præisset: quq; græci sermonis differentias sic tenuit: ut qua quisq; eum lingua postu-  
lasset: eadem ius sibi redditum ferret. Vel Cyrus: quē oim militum tenuisse creditū est nomina. Quin semel  
auditos quālibet multos uersus p̄tinus dicitur reddidisse Theodestes.
- T** hema cum. th. aspirato scribit: dici potest latine positum.
- T** enedus cum. t. exili scribit: fuit insula notissima fama in conspectu troiæ.
- T** henfa cū. th. aspirato scribit: sunt uehicular quib; deoz simulachra religiose portabant. Vnde Liui; lib. v.  
Quæ augustissima inq; uestis ē thēfas ducētib; triūphantib;: ut ea uestiti medio aediū eburneis fellis sedere.
- T** heognis cū. th. aspirato scribit: fuit poeta græcus. de quo Plato in li. de legib; sæpe meminit.
- T** heoclymenes prima cum. th. aspirato: sequēs cum. t. exili & y. græco scribit: fuit mantis quem Telemachus  
de Vlyxe consuluit.
- T** heodorus cum. th. aspirato scribit: nomen est uiri pprium. de cuius cōpositione in antecedentib; uidim;  
& de illi; accentu in dictione Profodia circa smem.
- T** heodosius cū. th. aspirato scribit: nomen fuit pprium duorum clarissimorum principum.
- T** heon cū. th. aspirato scribit: fuit teste Quintiliano li. xii. de institutiōe oratoria: famius picior: & in cōcipiē-  
dis uisionibus (quas græci φαντασιᾶς uocant) eximius.
- T** heopompus cum. th. aspirato scribit. Quo nomine clarissimi uiri nominati fuerunt. Vnus fuit spartanorū  
rex: de quo Quintilianus de institutione oratoria: & Valerius de moderatione meminerūt. Alius teste Gel-  
lio libro. x. noctium atticarum: fuit tragicus & orator.
- T** heophrastus prima cum. th. aspirato scribit: fuit cresius. & teste Anthenodoro in li. de ambulationū. viii. ful-  
lonis filius. In propria patria audiuit primo Leucippum ciuē suuz. Inde cū Platonem audiuisset: se ad Ari-  
stotelem transtulit. Eoq; in chalcidem p̄fecto illi in scolæ regimine successit. Fuit uir summæ prudentiæ: su-  
ditiq; singularis: atq; eloquiū admirandi. Ita ut cum antea teste Laertio in uitis philosophorū: & Boetio sup  
libros periphermenias Aristotelis: illi tyrāno nomen eēt: ob diuinā n eloquētiā Aristoteles Theophrastū  
uocitauerit. Et ut idem rettulit Boetius super Porphyriū: cōsueuit Theophrastus in oibus his: quæ post ma-  
gistrum disputat leuiter illa ptingere: quæ .f. ab ipō Aristotele dicta ante cognouit. At quæ ab illo non p̄tra-  
ctata fuisse p̄cepit differit diligentius. Itaq; circa trecenta librorum uolumina edidit. Et teste Laertio libros  
tres priorum analyticorū scripsit: & posteriorū septem. De naturis. xviii. quorum septem ut grandē & pre-  
ciosissimū thesaurū teneo. De naturalibus historiis decem. De motu tres. De quæstōib;. xxiii. De diis. iiii.

De legibus unum. De poetica unum. De oratorijs præceptis unum: quoniam & plures alios: quos omnes diuina eloquentia præditos dicunt. Creditur & primum illud: quæ metaphysicorū Aristotelis dicimus: librum illius fuisse. Verum cum teste Gellio libro nono atticæ: viii. Omnium suæ ætatis facundissimus esset: uerba tamē pauca ad populum atheniensem facturus: deturbatus uerecundia filuit. Pergebant ad eum audiendum teste Pamphylo in uigesimo secundo cōmētarij libro: duo milia discipulorū. & ut idem auctor rettulit Menædrum comicum instituit. Habuit & Nicomachum Aristotelis filium discipulum: quem teste Aristippo in antiquis delitijs libro. iiii. libidinosè amauit. Fuitque beneficus & affabilis: & atheniensibus mirum in modum gratissimus. habebatque hoc semper in ore: Sumptus preciosissimus tempus est. obiit ænorum. lxxxv.

**T**erebrum & terebra cum. t. exili scribitur: ut quidam putant græcū esse: & a uerbo Τερεῖν quod est forare descendere dicunt. Alii uero quibus magis adhæreo latinum putant: & a terendo deducunt: atque ex se diminutiuū gignit terebellum non terebellam.

**T**eredon cum. t. exili scribitur: uermis est ille: qui rodit ligna. & græcū esse cōtendunt: atque ab sono illos deducere dicunt: qui est Τερεδων. Nonnulli uero ex nostris capta opportunitate a terendo deducunt.

**T**erebinthus prima cum. t. exili: penultima cum. i. latino: ultima cum. th. aspirato scribitur: arbor est quædam nigruū lignum cum splendore præferens: habetque soliditatem in buxi speciem. Virgili. li. x. ænci. Inclusum buxo aut orithyia terebitho Lucet ebur. De hac arbore late Plinius in. xiii. naturalis histo.

**T**ereus cum. t. exili scribitur: fuit rex thracum: & Martis filius ex Bistonide nympa: ut Callimachus enarrauit: dicente etiam Ouidio li. vi. metamorpho. Et genus a magno ducentem forte gradiuo. Hic teste Solino in cœnensi thaciæ regione bectiam urbem per regia possidebat. Sed cum teste Ouidio præallegato loco athenas bellica uirtute a barbaris liberasset: loco meriti: ut inter eum & Pandionem athenas regem firmior amicitia feruaretur: Prognem Pandionis filiam duxit uxorem. Quinto deinde sequenti anno Progne marito blandiens: cum iam illi Itym filium peperisset: Si gratia (dixit) ulla mea est: uel me uisendam mitte sorori: uel soror huc ueniat. magni mihi muneri instar germanam uidisse dabis. Profectus igitur athenas Tereus impetrauit a Pandione: ut ad uisendam sororem duceret Philomenam: quam cum sua litora tetigisset: in nemora alta traxit: & turpiter stuprauit: frustra clamato saepe parente: saepe sorore sua. & cum clamare: ac lamentari minime cessaret ira cōcitat. Tereus linguam illi ense abscidit: atque fides mulierum custodibus dereliquit. Inde ad Prognem flens ueniens dixit Philomenam maris nausea deperisse. Interim Philomena in candida tella purpureis filis mala intexuit perpetrata: rogauitque gestu ancillam: ut tellam ipsam ad Prognem deferret. Qua conspecta premens altum corde dolorem Progne: & laticiam confingens instantibus Bacchi orgijs thyrsis & pellibus: cum multis ornata mulieribus siluas penetrans: & fractis fororis ianuis Philomenam simili habitu induta cōduxit in regiam. Ibidemque furiarum stimulis agitata: Itym quem Tereus fuerat enixa propriis manibus iugulans: patri comedendum apposuit. Et post epulas Sicut erat sparsis furiali cæde capillis Profiliit natiq; caput Philomena cruentum Misit in ora patris. Quas cum Tereus gladio psequeretur in aues sui nominis cōuersæ sunt. Progne in hirundinem: Philomena in eius nominis auiculam: Itys in fastanum: & Tereus in upupam: ut elegantissime præstauit Ouidius: & nec minus eleganter nostra ætate Gregorius Corratius uenetur in præstantissima tragœdia: cuius titulus est Progne. Facitque Tereus declinatione græca in genituo Tereos. ut Martialis in ultimo: Flet philomena nefas incesti tereos: & quæ Muta puella fuit: garrula fertur auis.

**T**herma cum. th. aspirato scribitur: & a θερμός: quod est calidum deducitur. Nam ea loca: quæ aut calidibus aquis: aut ipso sine aquis fornice: igni calefacto lauandi sudandique usibus deputata: thermas græco uocabulo uocauerunt. Itaque cum romanis frequens: atque quotidianus esset lauandi usus: ut romanae omnes attestantur historiae. ad id quoque res ipsa processit: ut ciues sepe omnes: qui diuitiis abundare uidebantur: priuata balnea in propriis domibus detinerent. Hinc Cicero per epistolam Terentiam uxorem monet: ut curet labrum in balneo esse. quoniam & in alijs. Quod fratres alia: potissimum certiorum reddit de balneis: quæ in arpinate extrui curabat. Sed præter priuatorum ciuium multa sunt publice instituta balnea: in quibus plebs ipsa per libito se lauare consueuerat. Quæ sane cum ad principum luxuriam duceretur: nihil magis populare putabant: quam cum permiscue cum plebe lauabant. Nonnulli etiam frequentius: ut Commodus imperator: qui teste Capitolino septies in die lauabat: comedebatque in thermis. Quin & Gordianum iuniorē ita lauandi cupidum dixit idem auctor: ut æstate quater: aut quinquies in die: hyeme secundo lauaret. Galienum similiter iuniorē lauasse dixit æstate in die septies: hyeme bis uel tertio. Quæ præfecti magistrisque officiorum omnes sapissime sequebantur: & conuiujs nationibusque simul cum principe insisterent. Admittebanturque saepe mulieres pulchrae: & puellæ cum his anus deformes: cum quibus iocari se princeps dicebat. Sed teste Helio Spartiano in Alexandri Seueri uita prohibuit Alexander balnea romana: cum mulieribus mixtis uiris exhiberi: quod prius prohibuit Heliogabalus fieri permiserat. Namque ipsi principes ad suam luxuriam: & populi solatium ingentia & immania thermarum ædificia construxerunt. De quibus Ammianus libro. xvi. rerum gestarum inquit: lauacra romæ in modum prouinciarum extructa uidentur. In quibus principum luxuria eo perducta est: ut nulla in re modestiam sobrietatemque seruassent. Verum ut præfatus Helius rettulit: Alexander bracheariorum: uitrariorum: pellionum: claustrariorum: argentariorū aurificum: cæterarumque artium pulcherrimum instituit uedigal. Ex quo iussit thermas: quas ipse & superiores

fundauerant principes calefieri: & populo usibus exhiberi. Siluas ipse in thermis publicas deputauit: addiditque oleum luminibus thermarum: cum antea non ante auroram paterent: & clauderentur ante solis occasum. Et infra subdit: Opera ueterum principum instaurauit. Ipse noua construxit: iuxta eas quae neronianae fuerant: nemus thermis suis de priuatis aedibus: quas emerat: dirutis aedificiis fecit Antonini Caracallae thermas additis natatoriis perfecit & ornauit. Et subdit idem Spartianus Alexandrum ipsum opus suum duobus primis marmoribus porphyrico & lacedonico instituisse: etiam palatio exornato. & alibi refert illum thermis suis & ueterum frequenter cum populo usum fuisse. & licet plures fuisse credamus: duodecim tamen nos thermas ex antiquis scripturis annotauimus: ut agrippinas: neronianas: Vespasiani Titi: domitianas: antonianas: alexandrinas: gordianas: seuerianas: dioclitianas: aurelianas: constantianas: & nouatianas. Agrippinae iuxta pantheon: & non longe a Minerua fuerunt quarum uestigia adhuc extant. In quibus teste Plinio libro xxxvi. naturalis histo. Arcus & pauimenta ex uetro posuit. Et ut attestatur Rurfus in descriptionibus non longe ab agrippinis alexandrinae fuerunt. Cuius adhuc apud beati Eustachii ecclesiam uestigia conspiciuntur. Quas ipse Alexander Spartiano teste iuxta neronianas aedificauit. Martialis in. xii. Et thermas tibi habere neronianas. Antioiana thermas: quae Bassiani Antonii Caracallae fuerunt: sitae fuerunt teste Spartiano in regione piscinae ad uiam ardeatinam: nunc iuxta coenobium sancti Xisti: & ecclesiam sanctae Priscae ac sanctorum Nerei & Achillei. Quorum celsam solcariam eodem referente auctore architecti negabant posse ulla ratione fieri: nisi qua facta est. Nam are & cupro candelos confectos dixit: quibus cameratio tota concreta est: & tantum est spatium: ut id ipsum potuisset fieri negent docti mechanici. Thermas uero gordianas scribit Iulius Capitolinus iuxta gordianorum domum in uia prenestina fuisse: quales praeter urbem tunc nusquam haberet orbis terrarum: & domum ducentas habere columnas uno stilo dixit. Vbi nunc post ecclesiam sancti Eusebii multae & maximae cernuntur ruinae Constantinianas ab Apollodoro traditum legimus in exquilis fuisse in ditione roma: cum exquilias montem descripsimus ostendere curauimus. Quin & in eodem monte simili modo nouatianas extitisse monstrauimus. De seuerianis uero thermis nihil aliud certum habemus: quam Spartiano teste Seuerum Aphrugi impatorem illas in transalpyberina regione aedificasse. Idem de aurelianis Flauius Vopiscus Syraculanus scripsit easque hyemales Aurelianum principem in transalpyberina regione aedificasse: quod aquae frigidi aeris ibi deessent. Thermas autem Titi iuxta templum pacis: quod aedificatum fuit patris fructas legimus. At uero domitianas uoluerunt quodam ex auctoritate Petri bibliothecarii iuxta sancti Siluestri coenobium extitisse. Ait enim praefatus Petrus beatum Siluestrum ecclesiam in thermis domitianas aedificasse: quae postea eius nominis fuit.

**T**hermodoon cum. th. aspirato: & duplicato. o. post. d. scribit: pleno. s. nomine: & absque synaresi. habet accentum acutum in penultima: quem apud nos cum graecum sit nomen obseruat. at cum synaresis illa duo. o. in unum longum conuertuntur: in quod transit accentus circumflexus: ut uidimus in dictione Profodia. Ouidius li. iiii. de ponto: Et tu foeminae thermodoon cognita turbas. Nam fluius est in regione colchidis: iuxta quem amazonides habitauerunt: de cuius tamen ortu uariae sunt sententiae.

**T**hermopylae cum. th. aspirato: & p. exili: sequente. y. graeco scribitur: mons est longissimus: qui mediam praefatus graeciae diuidit: sicut & apennini dorso Italia scindit: ut attestat Liuius de bello macedonico li. v. Habetque angustas fauces: a quibus pylarum. i. portarum nomen assumptum. iuxta quas cum aquae sint calidae thermopylarum nomen adeptus est: apud quas magnus Xerxis exercitus corruit.

**T**hero cum. th. aspirato scribitur. graeco uero addunt. n. in fine: ac dicitur ἑρόν: quasi ardens. nomen est proprium: de quo Pindarus meminit: & Virgilius in decimo cum ait: Occiso therone uirum: qui maximus ultro Aeneam petit.

**T**herfilochus cum. th. & ch. aspiratis: & i. latino scribit: nomen est uiri proprium.

**T**herfites prima cum. th. aspirato: penultima cum. i. latino: & ultima cum. t. exili scribit: fuit uir graecus: Quo non deformior alter uenerat ad troiam ut dixit Homerus: Linguae peritior alter. Vnde ait Iuue. in satyra Stemmata quae faciunt: Malo pater tibi sit therfites dummodo tu sis Aeacidae similis.

**T**hera cum. th. aspirato scribit: in insula ponitur ab Herodoto libro historiag. iiii. quam Iustinus puto theranem: & nos corsicam dicimus: quia in illa Cynurus regnasse dixit. Vnde & ab illo cynurus etiam cognominata fuit: quae filium habuit Aristeum: cui nomen fuit Batus ob linguae obligationem: ut posuit Iustinus. Herodotus uero exponit uocatum lingua libyca id est regem: qui deinde urbem cyrenam in libya aedificauit: ut in dictione cyrene ostendimus.

**T**hericyon prima cum. th. aspirato: sequens cum. i. latino: penultima cum. e. exili & y. graeco scribitur: nomen fuit uiri proprium.

**T**herpichore prima cum. t. exili: sequens cum. i. latino: penultima cum. ch. aspirato scribit: una fuit ex nouem musis: sic quoque a Τέρπικουρα: quod est delectator cognominata. de qua in dictione musa.

**T**hesaurus cum. th. aspirato scribitur.

**T**heseus cum. th. aspirato scribit: fuit aegaei athenarum regis filius ex Aethra coniuge: qui dum esset adolescens operante Medea nouerca pene a patre ueneno periit. Sed post mortem patris ad regnum athenarum euectus tot memoratu digna peragit: quae inter plures Hercules unus ipse connumerat. Et inde thesides cum. i. latino

pro Hippolyto ponit: ut Ouidius heroidum epistolae quarta:

Theſides theſeuſq; duas rapuere ſōrores.

**T**heſmophorea cum.th. aspirato ſcribit: ſacra ſunt Cereris: quae a noſtris cerealia dicuntur. ſed uerbum ipſum legis lationem diſignat. Nam  $\theta\epsilon\varsigma\mu\omicron\varsigma$  legem indicat: & phoria lationem. Et hoc ideo quia leges hominibus prima Ceres indidit: dicente Virgilio in. iiii. Legiferæ cereri. Nam ante inuentum frumentum homines ſine lege uagabantur: illo inuento abiecta fuit feritas: & ex agrorum diuifione primo nata ſunt iura. Vnde bene Ouidius in. v. metamorpho. muſam dicentē introduxit: Prima ceres unco glebam dimouit aratro. Prima dedit fruges alimētaq; mitia terris. Prima dedit leges. cereris ſunt oīa munus.

**T**heſſalia cum.th. aspirato & duplicato. s. atq; .i. latino ſcribit: regio eſt græcia: quae ſub attica olim compræhendebatur: ſed prius teſte Plinio li. iiii. naturalis hiſto. æmonia dicta fuit. Eademq; pelafgis & conargos: atq; hellas: theſſalia & dryopis ſemper a regibus cognominata fuit. Et ſubdit Plinius: ibi genitus rex noiæ Græcus: a quo græci: ibi Hellin? a quo hellines. Ex his phiotæ oppida celebrata hellas: halos: lamia: phthia Eadem a rege Theſſalo ibi regnante theſſalia dicta fuit. Sed ut reſert Herodotus li. hiſto. vii. & poſt illū alii plures: fama eſt theſſaliam fuiſſe olim lacum: a montibus undiq; concludum. Nam (ut proſequitur) ab oriente habet montem pelium: & coniunctos colles: a ſeptentrione olympum: ab occidente pindum: & a meridie othiyum. In quorum media concauitate theſſalia ipſa concluditur: per quam iam quinque ſtuarios principales decurrere dixit: uidelicet Penem: Apidanum: Oenochonum: Enipheum: & Parmifum. Qui omnes deinde in unum commixti per unicum ſolum tranſitum in mare decurrunt: & ſolius Penei nomen detinent. Nam per mediam uiam: quae ſola eſt iter olympum & oſſam gradiens: ipſe Peneus in ægæū mare deſcendit. Hanc uiam eodem auctore teſte a Neptuno factam dicunt: ſeu (ut magis aſſerere uidentur) a terramotu p ipſum deū inducto: ut theſſaliam ipſam habitabilem efficeret. Lucanus uero in. v. dixit id Herculem conſeciſſe. ſed ut ait Herodotus diligenter inſpicientibus manifeſte apparet terramotus opus fuiſſe.

**T**eliſphone cū. t. exili: & non cū duplicato. s. ſequentē. i. latino ſcribit: una dicitur ex furiis infernalibus: ut uidimus in dictione alecto. Cōponiturq; dictio ex  $\tau\iota\omega$ : quod eſt  $\tau\iota\omega\pi\omicron\upsilon\mu\alpha\iota$  ulcor: & phonon necem. nō nulli uero ſeruantes ipſum. i. paruū in prima: nec in. e. apud nos cōuertētes dicunt teliſphone.

**T**heſis cum.th. aspirato & .i. latino ſcribitur: dicitur a noſtris poſitio uel poſitura: & eſt figura: q̄ ſenſus orationis per cola: commata: & periodos: diſtinguit. dicta quidem poſitura: quia punctis poſitis conuenientes denotat ſenſuum partes. uel quia ibi uox pro interuallo diſtinctionis deponitur. Nam dum in initio pronūtrationis nondum plena pars ſenſus eſt: & tamen respirare oportet: ſubſcribatur punctum: quod a græcis comma: id eſt particula dicitur: a noſtris ſubdiſtinctio uocatur: eo q̄ ſub littera: uel ad finem litteræ ſignabatur ſic uidelicet: nos iam uirgula utimur. Vbi uero in ſequentibus iam ſententiæ ſenſum præſtat: ſed adhuc aliquid de ſententiæ plenitudine reſtat punctum ſignabatur: quod dicitur colon. i. membrum & circa litteræ medium ponebatur: loco cuius nos hodie duobus punctis utimur. Vbi autem nos plenam ſententiæ clauſulam facimus: ſit punctum: quo periodus: hoc eſt terminus dicitur: ut in ea dictōe uidimus. Apud nos uero uocatur diſtinctio: quia integram a ſequentibus diſtinxit ſententiā. & hoc apud oratores. Cæterum apud poetas ubi in uerſu poſt duos pedes ſyllaba alicuius dictionis remanet cōma dicitur: hoc eſt particula præciſio: quae per ſcanſionem facta eſt. Vbi uero poſt eoſdem pedes nulla dictionis particula remanſit: colon dicitur & totus uerſus periodos dicitur.

**T**heſpiei cum.th. aspirato ſcribit: populi ſunt græciae.

**T**heſtylis cum.th. aspirato: ſequens cū. t. exili & .y. græco: ultima cum. i. latino ſcribit: nomen eſt propriū mulieris de qua Theocritus & Virgi. meminere.

**T**heſtor prima cum.th. aspirato: ſequens cū. t. exili ſcribitur: fuit troianus pater Calchantis: ut oſtendit Homerus libro iliados primo.

**T**heta cum.th. aspirato: ſequens cum. t. exili ſcribit: nomē eſt litteræ græcæ: quae uim detinet. th. aspirati. De qua in initio huius tractatus. T. litteræ uidimus.

**T**hetis prima cū. th. aspirato: ſequens cū. t. exili (quādo p matre Achillis poni cōſueuit) ſcribit. Et fuit filia Chironis & uxor Pelei regis theſſaliae: ut ait ipſe Chiron apud Orpheū in argonautica  $\kappa\alpha\iota\ \eta\mu\epsilon\tau\epsilon\ \rho\omicron\upsilon\kappa\omicron\upsilon\pi\omicron\upsilon\kappa\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\ \theta\epsilon\tau\iota\sigma\ \alpha\pi\gamma\upsilon\pi\omicron\tau\acute{\epsilon}\zeta\epsilon$ . De qua Ouidi? li. xii. metamorpho. Virgili? etiam meminit circa finem libri. vi. anei. quādo ait: Leua tenet thetis & melite panopeaq; uirgo. cui? tam prima ſyllaba q̄ ſecūda breuis eſt: & declinatur thetis huius thetidōs uel more noſtro thetidis.

**T**ethys prima cum. t. exili: ſequens cū. th. aspirato & .y. græco ſcribit: & hac quoq; litteratura deſcripta fuit teſte Criſpo filia Cæli & Veſtae: atq; uxor Oceani. Ouidius uero uidet eam filiam fuiſſe Titani cum ait li. faſtorum. v. Duxerat oceanus quōdam titanida tethym. & habet tam primam q̄ ſecūdam longam: de qua intellexit Virgilius libro georgicorum primo cum ait: Teq; ſibi generum tethys emat omnibus undis. Et declinatur Tethys huius tethyos: ut Orpheus in argonautica:  $\kappa\alpha\iota\ \tau\eta\theta\upsilon\sigma\ \epsilon\sigma\chi\alpha\tau\omicron\upsilon\ \upsilon\lambda\omicron\omicron\upsilon$ . Ouidius i præfato libro: Pars credidit eſſe.

Tethyos has neptes oceaniq; ſenis. Martialis li. i. epigramatum: Et quem ſupremæ tethyos unda ſerit.

- T**etrametra absque aliqua aspiratione scribitur. Componiturque a tessara: quod est quattuor: & metrum: carmina quattuor pedum.
- T**etrarcha sola ultima aspiratur: ille dicitur qui quartam regni partem detinet. Et componitur ex Τέταρτος qui est quartus: & ἄρχος princeps.
- T**etradoron absque aliqua aspiratione scribitur: interpretari ualet quattuor palmorum. Nam componitur ex tetra: quod est quattuor: & doron palmus: dicente & Plinio li. xxxv. naturalis histo. Græci enim antiqui duorum palmarum uocabant. Et inde pentadogonum palmorum: & similia dicuntur.
- T**ethippobata prima cum. t. exili: sequens cum. th. aspirato & i. latio: quoniam & geminat. p. atque ultima sine aspiratione scribitur: sunt Herodoto teste populi in Libya iuxta asbiteos.
- T**euces & quadoque Teucrus: ut in antehabitis uidimus: absque aliqua aspiratione scribitur: fuerunt hoc nomine duo celebres. Vnus quidem Scamandri cretensis filius: qui relicta creta in phrigiam ueniens repperit Dardanios posteros in uallibus habitare. quibus (ut dixit Seruius super. iiii. aeneidos) arcem construxit. dicente etiam Anchise apud Virgilium eo libro de creta loquens: Maximus unde pater si rite audita recordor Teucrus rheeteas primum est aduectus ad oras. & reliqua quae sequuntur. Alter uero Teucer fuit Telamonis filius ex Hesionae Laomedontis regis filia: & Priami sorore: ut poetae omnes affirmant. Nam cum Hercules cum argonautis nauis accederet: & troiam caperet: Telamonem ob insignem uirtutem Hesionae donauit. ex qua etiam ut ostendere uidetur Homerus Aiaceum genuit. At Sophocles in ea tragedia: quae inscribitur αἶας παριγοφορος Aiaceum dixit ex iusta quidem uxore Teucrum uero ex Hesionae (quae captiua & serua fuerat) natum fuisse: quod cum post troiae euerfionem salaminam ad patrem rediret inuisus patri: quia Aiacei obitu non uindicauerat: ut etiam attestatur Iustinus li. xliiii. cyprum in insulam (a Belo patre Didonis tunc subactam) accessit: & urbem in ea condidit: quam de patriae nomine salaminam uocauit. Et alia quae ponit Iustinus.
- T**eudamedus cum. t. exili scribitur: fuit teste Homero li. ii. ilidos: pater Pelasgi.
- T**eus cum. t. exili scribitur: fuit teste Herodoto libro historiæ. i. urbs in Lydia. Unde teius teia teium nomen patrium deriuatur. Horatius libro odarum. iiii. Non aliter famo dicunt arsisse bathyllo Anacreonta teium patrium: ut in dictione anacreon uidimus.
- T**eutates absque aliqua aspiratione scribitur: nomen est lingua gallica Mercurii: qui ab illis humano sanguine placabatur: dicente Lucano libro primo: Et quibus immitis placatur sanguine diro Teutates horrensque feris altaribus hesus. De quibus Laetantius li. diuinarum institutionum primo: galli inquit Hesus atque Teutatem humano cruore placabant deos. quod sane serialis ritus diu similiter apud italos fletit: quod latialem Iouem & Saturnum humana placabant hostia.
- T**euthramides prima cum. t. exili & eu. diphthongo: sequens cum. th. aspirato: penultima cum. i. latino scribitur: fuit phryx: & patria aristae: & pater Axyli: ut in ea dictione uidimus.
- T**hyasus cum. th. aspirato & y. graeco scribitur: saltatio apud nos: & chorea dici potest: quae Baccho exhibebatur: deduciturque a θυω: quod est sacrificio: quia in illius sacrificiis exerceri consueuerant. de quo Virgilius i. Daphnia Daphnis thyasos inducere baccho.
- T**hyas cum. th. aspirato & y. graeco scribitur. Et dicitur sacrificula Bacchi. Nam teste Seruio sicut a Baccho bacchae sic a Thyoneo thyas. Virgilius li. aeneidos quarto: Thyas ubi audito simulant trieterica baccho. Reperitur etiam bacchis bacchidis.
- T**hyella cum. th. aspirato & y. graeco: atque duplicato. l. scribitur: dicitur a nostris procella: poniturque ab Homero pro una harpyiarum.
- T**iara cum. t. exili & i. latino scribitur: ornamentum est quoddam capitis: quo mulieres persicae primitus utebantur: ut Iustinus de Semiramide: quae caput tiara texit. qua deinde usi sunt reges & sacerdotes. Similiter Herodotus libro historiæ primo: gestamen est inquit capitis persicum. Seruius super. i. tantummodo dixit: tiara est pilleus phrygius. Et Virgilius usus est masculino genere. Iuuenalis uero foeminino: ut Phrygia uersitur bucca tiara.
- T**yana cum. t. exili & y. graeco scribitur: fuit teste Philostrato li. i. de uita Apollinii Tyaneae urbs cappadociae.
- T**ibareni cum. t. exili & i. latino scribitur: fuerunt teste Herodoto li. histo. iiii. populi scythici in asia.
- T**yberis prima cum. t. exili & y. graeco scribitur: fluius est Italiae: ab apennino defluens ex alpius falterone paulo altius quam tuscanus arnus. Et primo tuscanus ab umbris diuidens auctus pluribus fluiis romam deuenit: quam a ianiculo separat: & ultimo heururiam a ueteribus latinis diuidens in mare tyrrhenum defluit. dicitur Tyberis (ut putat Festus) a Tyberi tuscorum rege: uel a Tyberino rege albanorum. Seruius uero super. viii. aeneidos inquit: Tyberim alii a rege aboriginum dictum putant: qui dimicans in eum occidit. alii a quodam aborigine: quem Glaucus Minois filius in Italia interemit. alii inter quos Lilius ab Albano rege qui in eum cecidit. Quam ultimam opinionem secutus Ouidius libro. ii. fastorum inquit: Albulam quem tyberim uersus tyberinus in undis reddidit. hybernus forte tumebat aquis. Verum & ante regem hunc thybris cum. th. aspirato dictus fuit.

Nam cum Euander ad Aeneam longo tempore ante regem Tyberinum loqueretur (nondum enim cōstru-  
cta fuerat alba) dixit apud Virgilium libro. viii.

Tum reges asperq; immani corpore thybris:

A quo post trali fluuium cognomine thybrim

Diximus, amisit uerum uetus albula nomen.

Forſitan etiam poſt primum uerſum uerba ſunt poetæ non Euandri. Alii non a morte cuiuſpiam regis: ſed  
regem quædam tuſcorum latrocinari circa ripas huius fluminis conſueuiſſe: & a crebris iniuriis quibꝰ tran-  
ſeuntē afficiebat thybrim cognominatꝰ fuiſſe aſſerunt: quaſi eſſet fluuius Τῆρ ὕβρεωꝰ: id eſt iniuria: ex  
qua ratione cum ὕβριꝰ aſpiretur: thybrim aſpirari uolunt. Alii uero ex alia cauſa hoc idem accidiffe uolūt  
Nam Seruius quoq; ſuper tertio aeneidos: & græci nōnulli exponentes Theocritum dicunt: qꝰ cum quodaz  
tempore ſyracufani apud ſiciliam uicerint athenienſes: ingentem hoſtium multitudinem captiuarunt: & cā  
caſis montibus addere fecerunt monumenta ciuitati: tunc auctis muris etiam foſſa facta: qua aqua repleta  
munitionem redderet patriæ. Hanc igitur foſſam per hoſtium pœnam & iniuriam illis factam thybrim uo-  
cauerunt: uidelicet ἄτρο Τῆρ ὕβρεωꝰ. Poſtea profeſſi ſiculi ad Italiam eam tenuerunt partem ubi nunc ro-  
ma eſt uſq; ad rutulos & ardeam: unde eſt: Fines ſuper uſq; ſicanes. & albulam fluuium ad imaginem foſſæ  
ſyracufanæ thybrim: quaſi Τῆρ ὑβρίꝰ: hoc eſt ignominiam uocauerunt. & ſic quoq; cum. th. aſpirato ſcri-  
bendum eſſet: quod in antiquiſſimis & emendatiſſimis codicibus de thybri ſemper ſcriptum comperimus:  
licet tyberim & tyberinum abſq; aſpiratōne ſcribant. Quare puto prius albulam dictum: deinde thyberim  
cum. th. aſpirato ab immani rege uel ἄτρο Τῆρ ὑβρίꝰ uocitatum. poſtea tyberim ſine aſpiratione a Tybe-  
rino rege albanorum in illo ſummeſo. Nec Ouidii uerba nōs aſſerere cogunt ante Tyberinum in illo ſum-  
meſo immediate albulam uocitatum: ut etiam ex Plinio libro tertio naturalis hiftoriæ inſinuat. hæc uer-  
ba dicente Tyberis ante thybris appellabatur: & prius albula dictus fuit. hæc ille. Dicitur etiam Tyberinus  
fluuii deus: ut Virgilius libro georgicorum. iiii. Vnde pater tyberinus & unde aniena fluenta. Nonnunqꝰ  
uero: & pro piſce ponitur: ut Iuuenalis in ſatyra: Si te propoſiti ait: Vos anguilla manet longæ cognata co-  
lubræ: Aut glacie aſperſus maculis tyberinus.

**T**ibifis cum. t. exili & i. latino ubique ſcribitur: fluuius eſt ſeythiæ: teſte Herodoto libro hiftoriarum. iiii.

**T**ybur cum. t. exili & y. græco ſcribitur. Prifcianus de quo miror latinum dixit libro. vii. dum de tertia declina-  
tione pertractat. Cui & hiftoria: qua græcum nomen eſſe oſtendit: & antiqua ſcriptura: qua cum. y. græco  
illud ſcribit: ut in antiquis inſcriptionibus conſpexi: aduerſatur. urbs eſt ſexdecim milibus paſſuū ab urbe  
roma diſtans. Quam teſte Solino ex auctoritate Catonis Cathyllus arcas: & præfectus claſſibus Euandri cō-  
didit. Plinius uero circa finem libri. xvi. naturalis hiftoriæ: aliud ſentire uidetur: dicens tyburis originem  
multo ante urbem romam habent adhuc. Apud eos extant ilices tres etiam Tyburto conditore eorum ue-  
tuſtiores: apud quas in auguratus traditur fuiſſe. tradunt autem eum filium Amphiarci: qui apud thebas  
obierit: una ætate ante iliacum bellum. hæc ille aſſerens Tyburtum non Cathyllum tyburis oppidum con-  
didiffe. Verum Sextius græcus hiftoricus libro antiquitatum. vi. Hos celebres auctores in hunc modum cō-  
cordaſſe uidetur. Ait enim ut ex eo loco ad uerbum traduximus: Cathyllus Amphiarci filius fuit. Hic poſt  
prodigialem patris interitum apud thebas: de quo nos iam uidimus in dictione Amphiarceus: iuſſu Oiclei  
aui ſui cum omni ſætu: & ſacris miſſus tres liberos in Italia procreauit Tyburtum Coracem & Cathyllum:  
qui depulſis ex oppido haud longe a roma poſito ueteribꝰ ſicanis: a nomine Tyburti maximi natorū filii  
oppidum uocauerunt. Hæc Sextius: cui Virgilius conſentire uidetur cum ait: libro aeneidos ſeptimo:  
Fratri tyburti dictam cognomine gentem.

Nam ut idem Sextius proſequitur non deſunt inquit: qui dicant ſingulum fratrem ciuitatem ſingulam cō-  
didiffe. Teſtis eſt mons: qui adhuc cathyllus dicitur: & corax oppidum famoſum inter uolſcos. Eſtq; ſitum  
tyburis oppidum loco maxime diuſo: quod Iuuenalis tetigit cum ait: in tertia ſatyra: Et proni tyburis ar-  
ce. Quin & fluminis anienis decurrentibus aquis etiam humido: quod Ouidius libro faſtorum. iiii. tetigit  
cum ait: lam mœnia tyburis udi Stabant argolicæ qua poſuere manus. Eſt etiam uentofuz dicente Horatio  
Romæ tybur amant uentofum: tybure romam. ubi tybure pro tyburi teſte Seruio ſuper. iiii. aeneidos: q di-  
xit: a tybur denominatiuz tyburtis ducitur: quod pro tyburis ponit: teſte Capro. ſicut quiritis p quiris: &  
cæritis uel cæretis: p cæres. Vnde hic & hæc & hoc tyburs gentile nomen eſt.

**T**ycha cum. t. exili & ch. aſpirato ſcribitur: fuit teſte Heſiodo in theogonia nympħa filia Oceani & Tethyos  
**T**icenum cum. t. & c. exilibus: atq; i. latino ſcribitur: oppidum eſt inſubrium: quod nūc papia dicitur. Nam ut  
oſtendit Ptholemaeus in geographia: Inſubres habent medio lanum: nouariam: comum: & ticenum.

**T**ydeus cum. t. exili & y. græco ſcribitur: habetque accentum in prima: fuit filius Oenei regis calydoniæ ex  
Euribœæ: ut dixit Seruius ſuper ſexto aeneidos: uel ex altera uxore: ut alii aſſerunt: qui cum uenando fratrem  
Menalippum inaduertenter occidiſſet: furorem populi extimeſcens: relicto paterno regno: ad Adraſtū ar-  
giuorum regem conſugit. & alia: qua de illo proſequitur Statius libro primo ſecundo & tertio atq; octa-  
uo ſuz thebaidos. Homerus uero li. iiii. iliados de illo inquit: ut fere ad litteram hoc ſoluto ſilo traducere

possimus. Cum mycenis Tydeus moraretur fama est: neminem illi uiribus corporis potuisse æquari. At postquam rediens ad fluenta Asopi uenit: ceteri eum græci ad Eteocle pro legato dimiserunt. Ad quem cum iussisset ingressusque regiam complures illic ciues comperisset (forte cum Eteocle in conuiuio erant) Non timuit & hospes & solus thebanos omnes ad quodlibet certaminis genus prouocare. Atque ut animose prouocauit: ita omnes (sic illi Pallas propicia erat) strenue uicit. Quamobrem thebani dolore indignationis accensi: reuersuro insidias tetenderunt: collatis ad opportunum locum: qua Tydeus transiturus erat: quinquaginta iuuenibus cum duobus ducibus deorum immortalium robore similibus: Meone: Neomonide: & Lycophonte Autophoni filio. Eos Tydeus omnes ad ipsum locum occurrentes strauit: occiditque fratres deorum (quæ sibi monstrabantur) auguriis. Vnum tantum Meonem cum tristi nuntio redire permisit. Immo iussit: & talis fuit Tydeus. hæc Homerus præfato loco de illo locutus est. Et libro. vi. iliados: dixit illum apud thebas cum aliis regibus populisque græcorum occubuisse. Et inde patronymicum deducit tydides.

**T**ydides prima cum. y. græco: secunda cum. d. & i. latino scribi forsitan deberet. licet nostri iam nō. d. quæ media est inter. t. exile & th. aspiratum: sed ob ipsam propinquitatem litterarum. t. ponant exile ac scribāt tydides: sic fere in omnibus Virgilio codicibus reperiri: & est tydides patronymicum positum pro Diomede filio Tydei. Virgilius libro æneidos primo:

O danaum fortissime gentis Tyride.

Quiaque Seruius super octauo æneidos dicit: oia nomina quæ in eus hodie exeunt: apud maiores i. es. exhibat ut Nereus neres: Tydeus tydides: quasi uelit dicere non est patronymicum tydides sed principale: cuius oppositum Virgilius obseruauit. Et subdit idem Seruius: Illa misisse genitiuum in eis: ut tydeis: neresis. Sed quæ plerumque. s. (ut ait) in latinitate detrahitur: remanet ei: ut huius tydei: huius nerei.

**T**hyestes prima cum. th. aspirato & y. græco. ultima cum. t. exili scribitur: fuit filius Pelopis ex Hippodamia & Atrei frater: ac Tantali nepos. de quo Seneca in Thyeste: & alii poetæ plura scripsere. Et inde Thyestes ut Ouidius libro. xv. metamorphoseos:

Neue thyesteis cumulemus uiscera mensis.

**T**igranes cum. t. exili & i. latino: atque unico. n. scribitur: fuit rex maioris armenia: de quo Cicero in pōpeiana Et declinatur in genitiuo non solum Tigranis: sed tigrana.

**T**igris cum. t. exili & i. latino: utrobique scribitur: animal est truculentum & uelocissimum: ita ut sagittæ hyrcana lingua ad nomen indicet. Et ut dixit Seruius armenia: malum: quo etiam india & hyrcania abundat: de quibus Statius libro septimo thebaidos: Plinius libro octauo naturalis historia: atque solinus plura dixerunt. Est & eadem scriptura ac nomine ex eadem causa accepto fluuius: qui ex monte periardes armenia: profluit: & primo quidem sine nomine: usque ad medorum fines: ut asserunt Herodotus & Plinius: sed ibi quoque a celeritate ipsa qua: decurrit tigridis nomen accepit. inde influit in lacum: qui aretyfa dicitur: per quem adeo uelocissimo cursu decurrit: ut lacui profusus non commiseri probetur. Nam ex piscibus compertum est: quæ sunt in lacu nunquam fluuium ingrediuntur: nec qui fluuii sunt in lacu profusus habentur. Exit ergo celerrimè & cum maximo impetu. Sed mox taurum montem subterlabens in alteram montis partem apud lacum cui nomen est zorunda effunditur: & illum ipsum esse ex paleis & purgamentis ac piscibus dignoscitur. Ibi quoque iterum fluuius effectus: & lacum alterum transiens: rursus in cuniculos demergitur: & Adiabenos & mesopotamiam iterum egrediens arabes præterfluit: & in mare rubrum iuxta urbem ampopolim cadit. Vnde ait Seneca in troade:

Et qui renatum profusus excipiens diem;

Templum rubente tigrini immiscet freto.

**T**ile cum. t. exili & i. latino scribitur: descenditque a Τηλοειν. i. longe. Nam insula est oceani inter septentrionalis: & occidentalem plagam: quæ ultima erat ex cognitis a romanis. Virgilius in. i. georgi. Tibi seruiat ultima tile. Alia est in aphrica contra sinum carthaginis.

**T**ilos cum. t. exili & i. latino similiter scribitur: & ab eodem descendit. Insula est ut scribit Plinius libro sexto naturalis historia: cum oppido eiusdem nominis in mari indico celeberrima plurimum margaritis: ipsa fert palmas: oleas creat: uincis abundat: terrasque omnes hoc miraculo sola uincit: ut quæcumque in ea nascatur arbor: nunquam spoliatur tegmine foliorum. Hinc caucalus mons famosissimus incipit: protesus suis cōtinuis iugis in maximam partem orbis.

**T**imæus prima cum. t. exili & i. latino: sequens cum. æ. diphthongo scribitur: fuit philosophus patria locresis Platoni dilectissimus: cui diuinum illud opus Plato inscripsit: ubi de rerum creatione differt. De quo Hieronymus super Esaiam: Timæum de mundi hermonia astrorumque cursu: & numeris disputatem ipse quoque interpretatus est Tullius se nō intelligere profiteatur. hæc ille. At ipse Cicero ad Atticum libro. viii. inquit:

Aenigma oppiorum ex uellia plane non intellexi

Est enim numero Platonis obscurius.

**T**imarchides cum. t. exili & i. latino utrobique: atque th. aspirato scribitur: nomen est uiri proprium compositum ex Τιμης: qui est honor: & ἀρχωντος principis: facitque in genitiuo Timarchidis & Timarchidæ.

- T**imantes absq; aliqua aspiratione & cum. i. latino scribitur: fuit pictor summus Parrhasii æmulus: quem su-  
perasse dicitur in Aiace pingendo. quod aliqui suffragiis magis q̄ ueritate factum credunt. Inter eius uero  
ingenii monumenta Iphigenia oratorum laudibus celebratur: quæ ante aras peritura cum mæstos pinxis-  
set omnes: & mæsticiæ omnem imaginem consumpsisset patris ipsius uultum uelauit: quem iam dignè non  
poterat ostendere.
- T**ymba cū. t. exili & y. græco scribitur: quod multi in. u. nostrum conuertunt: & dicūt tumbam sepulchrum.
- T**imon cum. t. exili & i. latino scribitur: fuit appolloniates fili⁹ Timarchi: qui duz iuuenis esset operaz dedit sal-  
tationi: & choreas duxit: quibus postea repudiatis se ad stilponem contulit. Deinde reuersus in patriam du-  
xit uxorem. Post hæc uero iam uir sapiens effectus & eloquens ad Pyrrhonem se conuertit. Deinde cū esset  
egenus iuit ad chalcedoniam: ibiq; philosophiam & oratoriam exercuit. charus fuit Ptholemæo Philadel-  
pho. scripsit poemata diuersa: tragœdias. lx. comœdias. xxx. & satyras plures. Fuit & alius philosophus ni-  
cæus: alius hortorum studiosus.
- T**ymœtes prima cum. t. exili & y. græco: penultima cum. œ. diphthongo: & ultima similiter cum. t. exili scri-  
bitur: fuit regis Priami filius: de quo Euphorion: teste Seruio super secūdū æneidos ait: Priamus ex Arysba  
filium uatem suscepit: qui cum quadam die uaticinaret nasci ei dixit puerum: per quem troia posset euer-  
tepererūt simul & Tymœtæ uxor & Hecuba legitima uxor Priami. Quare Priam⁹ Tymœtæ filiū & uxore  
iussit occidi. Ob quod Virgi. cū de græcorum equo loqueret inqt: Primusq; tymœtes Duci itra muros hor-  
tatur: & arce locari. Siue dolo: seu iam troiæ sic fata ferebant.
- T**ymœtas eodem mō scribitur: & fuit nomen uiri pprium.
- T**imoniacus absq; aliqua aspiratiōe: & i. latino utrobq; scribitur: fuit pictor byzanti⁹ Cæsaris dictatoris ætate  
q̄ aiacem Cæsari pinxit. & Medeam ab eo in Veneris genitricis æde positam octoginta talentis uanūdatos.
- T**imotheus prima cū. t. exili & i. latino: sequens cum. th. aspirato scribitur: & nomen est compositum ex Ti ui-  
qui est honor: & θεός deus. fuit etiam nomen atheniensis cuiusdam uiri præclari & filii Cononis. hic a pa-  
tre acceptam gloriā multis auxit uirtutibus. Nā ad patris laudes teste. M. Tullio li. i. de officiis adiacit glo-  
riam ingenii & doctrinæ. Fuitq; teste Aemilio Probo disertus: impiger: laboriosus: rei militaris peritus: nec  
minus ciuitatis regendæ. De quo multa ab historicis præclare facta scribuntur.
- T**imoleon cum. t. exili & i. latino scribitur: fuit corinthius. & sine dubio iudicio omnium uir clarissimus. Nam  
ut ait Cornelius nepos huic uni contigit (quod nescio an illi) ut & patriam in qua erat natus oppressaz a ty-  
ranno liberaret: & a syracusis: cui auxilio erat missus inueteratam seruitutē depelleret: totiq; sicilia multos  
annos bello uexatā: a barbarisq; oppressam suo aduentu in pristinū restitueret: ut oia late posuit Plutarch⁹  
in illius uita. A quo & gymnasium: in quo sepultus fuit timoleonteum cognominatū fuit.
- T**ympana cū. t. exili & y. græco scribitur: instrumēta sunt ad pullandū apta: præcipue matri deuz cōcessa: eo q̄  
huiusmodi instrumētis: curetes & corybantes filiū suū louem tutati fuerunt: ut ostēdit Oui. li. iiii. fastor.
- T**hymbra cū. th. aspirato & y. græco scribitur: herba ē quā saneturciā: teste Plinio li. xviii. naturalis histo. di-  
cimur: estq; herba aromatica & grauiter spirans. Virgilius libro. iiii. georgicorū: Et grauiter spiratis copia  
thymbræ: qua ager troiæ ad decem miliaria urbi uicinus abundat. In quo cum templum esset Apollini di-  
catum dedit causaz herba: ut Thymbræus Apollo ipse uocaretur. Virgilius in quarto æneidos: Da propri-  
am thymbræe domum: da mœnia fessis. Quin & fluuius inde fluens thymbra eadem scriptura & ratione  
uocabatur.
- T**hymber cum. th. aspirato & y. græco scribitur: nomen fuit uiri pprium.
- T**hymum cum. th. aspirato & y. græco scribitur: herba est aromatica: & apibus dulcissima. quod pastor ille  
canens apud Virgiliuz in bucolicis inquit: Nerine galathea thymo mihi dulcior hyble. Et cū iuxta athenas  
quæ (ut uidingus) a Cecrope rege cecropiæ dictæ sunt. hæc uerba abūdanter dixit Virgi. in. iiii. georgicorū:  
Cecropiūq; thymum & graue olentia centaurea.
- T**hymiama prima cū. th. aspirato & y. græco: sequēs cū. i. latino scribitur: est odor suauis thymi maturam refe-  
rens: unde nomen assumpsit: ut Virgi. in. iiii. georgi. Redolētq; thymo fragrantia mella.
- T**yndarus cū. t. exili & y. græco scribitur: fuit rex œbalia: & filius Oebali regis: habuitque uxorem formo-  
sissimam Ledam: ex qua genuit Castorem & Pollucem Clytæmnestramque & Helenaz. & pro Tyndaro nō-  
nunq; Tyndareus ponitur. Ouidius in octaua epistola heroidum:  
Me tibi tyndareus uita grauis auctor & annis Tradidit.  
A Tyndaro uero masculinum deriuatur patronymicum tyndarides: a quo abiecta. de. scēminū in. is. de-  
ducitur tyndaris. Iuuenalis i fatyra Græco pudiciam: ponens differentiā inter mortes: quæ a romanis scē-  
minis uiris suis eo tempore inferebant: & eam quæ a Clytæmnestra illata fuit Agamēnoni. hoc tantū refert  
quod tyndaris illa. i. Clytæmnestra bipēnem insulsa: & fatuam: hoc est sine aliquibus uiribus dextra leuaque  
tenebat: quia nisi adiuta fuisset ab Aegylho ob scēmineū timorē nequiuisset Agamēnonem interficere. Et  
subdit de romanis mulieribus poeta dicēs: At nunc res agit tenui pulmone rubetæ. i. uenenoæ illi⁹ rana: q̄  
inter rubeta nascitur. ac si dicat: nostræ uiros suos ueneno necant: i cuius remedium si earum uiri antidotū



Mithridatis forte prægustasset: etiam id idem cum Clytæmnestra ferro conficere sunt paratæ. Vnde ait. Sed tamen & ferro mortem uiris suis inferre sunt dispositæ. Si prægustaret atrides Pontica ter uicti cautus medicamina regis: hoc est si cautus atrides. i. uir ille quicquid romanæ mulieris maritus esset ut atrides. i. Agamènon qui uir fuit Clytæmnestræ prægustaret medicamina antidota præseruantiæ a ueneno: confecta. f. & prægustari cõsuetæ a Mithridate rege ponti ter a romanis uictis: ferro scilicet paratæ essent rem conficere. Nam ut scribit Plinius li. xxv. naturalis historia: quotidie antidotum contra uenena sumebat: adeo ut cum quadraginta sex annis cum romanis bella fouisset: ut dixit Iustinus li. xxxvii. demum tribus ingentibus bellis foelicitate Syllæ: uirtute Luculli: & Pompeii magnitudine uictus est. Et cum iam mortem sibi inferre decreuisset: ut dixit Gellius li. xvii. & frustra uiolentiſſima uenena sumpſisset: ultimo gladio se transfixit. At uero Plinius nepos in li. de uiris illustribus Mithridatem dixit uenenum sumpſisse: quo tarde agente percussorem gallum atroci ultu territum reuocauit: & in eadem suam manum trepidantis adiuuit. Alii uero acutiſſimo ueneno extinctum illud fuisse asserunt: quos Lucanus secutus in primo inquit: Post cilas ne uagos & lassæ pontica regis Prælia barbarico uix cõsummata ueneno. Idem Eutropius li. suarum historiæ. vi.

**T**ynniscus prima cum. t. exili & y. græco: penultima cum. i. latino: ultima cum. c. exili scribitur: fuit filius Thraſboli.

**T**hynus cum. th. aspirato & y. græco scribitur: nomen est uiri proprium: de quo Orpheus meminit.

**T**hyoneus cum. th. aspirato & y. græco scribitur: cognomen est Bacchi: quod a θυῶν: quod est sacrifico deductum putant: eo quod illi adhuc inter humanos uersanti sacrificia reddebant. Ex quo thyas & thyades: ut a Baccho bacchides deduci asserit Seruius. Virgilius in. iii. æneidos: Thyas ubi audito simulat trieterica baccho Nam sacrificula est Bacchi.

**T**ymphon cum. t. exili & y. græco scribitur: fuit gigas filius Terræ & Titani: de quo Seneca in Octauia:

Non tam ferum typhona neglecto ioue

Irata tellus edidit quodam parens. Verum a poetis nostris quadoque quidem etiam Typhos scribitur: quandoque uero Typhoeus cum. æ. diphthongo. Lucanus in. iiii. Cõditus in arimes æterna molle Typhoeus. quæ sane uersus ex Homero traduxit libro iliados. ii. ubi ait: Ἰνὰ πύλαισι τοῖς ὄρεσι τῶν ὄρεσσι ἐμμεναι ἔσθλα Νόνυκ; uero diuiditur diphthongus & ipsum. e. corripitur. Ouidius libro. v. metamorpho. Aethereas ausum sperare typhoea sedes. At uero in deriuatio semper diuiditur diphthongus & ipsum. e. similiter corripitur. Virgilius in. i. æneidos. Nate patris summi qui tela typhoea temnis. i. tela: quæ Typhoeum fulminauerunt Nam ut ait Hesiodus οὐδ' οὐ γὰρ ἐκέραιον ὄρησιν ὄρησιν: Id est hic quoque fulminat fuit a Ioue. Namque ut fratres gigantes ab Ioue fulminatos ulcisceret: illum puocauit ad duellum: ob quod iratus Iuppiter ipsum fulminauit: & super imposuit in arimen insulam secundum Virgilium & Lucanum: ut uidimus in dictione Inarime seu trinacriam secundum Ouidium li. v. metamorpho. ait enim sic:

Vesta giganteis iniecta est insula membris

Trinacris: & magnis subiectum mollibus urget

Aethereas ausum sperare typhoea sedes.

Nititur ille quodem: pugnatque resurgere saepe:

Dextra sed ausonio manus est subiecta peloro:

Leua pachynne tibi: lilybaeo crura premuntur.

Degrant ætæna caput: sub qua resupinus arenas

Eiecit flammamque: fero uomit ore typhoeus. & reliqua.

**T**iphys prima cum. t. exili & i. latino: sequens cum. y. græco scribitur: fuit teste Plinio li. vii. naturalis histo. arte carpentaria gloriosus: & primus ad nauticam gubernandi nauis instituit. & fuit teste Orpheo & Seneca argonautarum gubernator: ipso dicente in Medea:

Aufus es tiphys pandere uasto

Carbasa ponto: legeſque nouas

Scribere uentis. Idem Virgilius prius inuit cum ait in bucolico: Alter erit tum tiphys & altera: quæ uehat argo Delectos heroas. Diodorus uero siculus refert quosdam affirmasse eius nauis gubernatorem Argon cognominatum: ut uidimus in dictione Argonautæ. Verum tiphym in ea expeditione perisse dixit Seneca in præfata tragœdia cum ait:

Tiphys in primis domitor profundi

Liquit indocto regimen magistro

Litore extremo: procul a paternis

Accidens regnis: tumuloque uili

Tectus: ignotas iacet inter umbras.

**T**ypus cum. t. exili & y. græco scribitur: ponitur a nostris pro forma figuraque & exemplari. Vnde archetypus ut in ea dictione uidimus.

**T**yrannus cum. t. exili & y. græco: atque duplicato. n. scribitur: dicit apud nos proprie fortem. Vnde & tyrones illi

- dicunt: q̄ fortes cū sint ad militiam exerceant. Nam ab initio teste Trogo quæq; ciuitas & gens rerum publicarum imperium penes reges habebat: quos ut Iustinus scribit non ambitio popularis: sed expectata inter bonos moderatio p̄uehebat. q̄ & tyrāni ob fortitudinem uocabant. Iuxta quem modum Virgilius ip̄e i. vii. æneidos: Aeneam suum: quem pium semper esse uoluit tyrānum dixit cū ait: Pars mihi pacis erit dextrā tetigisse tyrāni. Sed crescente malicia cum superbe reges regnare cœpissent tyranni nomen ad illos solum restrictum est: q̄ per insolentiam imperii uiribus abutebantur. cui rei testimonio idem sit Virgilius li. æneidos vii. cum ait: Gens bello præclara iugis infedit hetruscis. Hanc multos florentes ænos rex deinde superbo Imperio: & sæuis tenuit mezentius armis. Et subdit q̄ ad superbiam respicit: Quid memorem ifandas cædes? q̄d facta tyrāni? Ecce quem sup̄bum primo regē dixerat mox tyrānum uocauit: ut & de scelesto Pygmalione prius dixerat li. i. Cōueniunt q̄bus aut odium crudele tyrāni: Aut metus acer erat.
- T** yres cū. t. exili & .y. græco scribit: fluuius ē scythiæ: teste Herodoto li. histo. iiii. & post istrum secundus: fluitq; ruens ex borealibus grandiq; palude: atq; in circuitu scythiā detinet & nebridam terrā: huius hostium ipso Herodoto referente incolunt hellines: q̄ tyritæ ab eo flumine cognominantur.
- T** iryns pria cū. t. exili & .i. latino sequens cū. y. græco scribit: & ē generis fœminini: atq; teste Homero lib. ilia. urbs mœnibus insignis in pelopōneso. cū uero est generis masculini: fluuius ē in argo.
- T** irynthia prima cum. t. exili & .i. latino: sequens cum. y. græco: penultima cu. th. aspirato: & .i. latino scribit fuit teste Plinio li. iiii. naturalis histo. urbs in achaia argo. p̄xima: & longe a mycenis. hanc eādem puto cum ea quæ Tiryns ab Homero uocata ē: ex qua cū genitus fuerit Hercules dictus ē Tirynthius.
- T** yrditania prima cū. t. exili & .y. græco scribit: nomen est puincie hispaniæ.
- T** irefia cu. t. exili & .i. latino utrobq; scribit: fuit teste Homero li. x. odyssæa: Theban<sup>9</sup> patria: & Peritri fili<sup>9</sup> ut dixit Lactantius grammaticus. hunc dixit Ouidius cum forte duos angues coeuntes percussisset effectum fuisse fœminā: & septem ænos in eo sexu durasse: post quos cum iterum eosdem comperisset percussis iterum anguibus in priorem formam redactus est. demum cū inter Iouem & Iunonem cōtentio fieret: q̄nam maiorem i coitu uoluptatem susciperet mas an fœmina: asserente Iunone de uiro: & Ioue de fœmina: & hūc t̄q̄ expertum ambo arbitrum cōuocasset: dedit ille p̄ Ioue sententiā: hoc est maiorem in fœminis esse uoluptatem q̄ in uiris: p̄ quo irata Iuno ipsuz occæcauit. Sed pater cōpotēs p̄ lumine adēpto Scire futura dedit p̄ nāq; leuauit honore. hunc monstrat Statius multa thebanis uiuū prædixisse. sed fugiens uictores thebanos in macedonia morit̄ & sepelitur: postq; suam mortem apud inferos: ut late ostendit Homerus in. xi. odysseæ multa futura prædixit Vlyxi descendētī ad inferos. Verum ut scribit Plinius li. vii. naturalis histo. Ex fœminis mutari i mares nō fabulosum ē. Inuenim<sup>9</sup> eni inq; in ānalibus. Q. Licinio Crasso Caio Cassio Lōgino Coss. Casim puere factum ex uirgine: iussuq; aruspicum deportatum in desertam insulam. Lycinus Mutianus p̄ditur a se uisus: q̄ prius fœmina nupsit: mox barbam & uirilitatē p̄meruit uxoremq; duxit. Et subiunxit idem Plinius: uidi etiā in aphiica mutatum in marē die nuptiæ Lutium Cossiciū ciuē thesbicanum. Idē sacer Augustinus de cōiugiis ueteris ac nouæ legis tpe inquit: Imperatoris Cōstantini manifestū ē puellam i pte campaniæ in masculum fuisse mutatam & romā ductam.
- T** yrrhenus cū. t. exili & .y. græco: atq; duplicato. r. secūdoq; aspirato secundū Prisciani doctrinā scribit: fuit frater Lydi regis lydiæ: ut in dictōe Lydia uidim<sup>9</sup>: q̄ regno lydiæ dimisso fratri ad maritimā tusciæ deduct<sup>9</sup> ē quā tyrrheniā a se cognominauit. In qua tubæ usum primo aduentū fuisse dixit Sophocles i ea tragœdia quæ inscribit αἰετς μασι γοφφoρoς: quod Virgilius in. viii. ænei. confirmasse uidet cum ait: Tyrrhenuisque tubæ mugire p̄ athera clāgor. Quod sane a prædonib<sup>9</sup> circa oras maritimas disp̄sis ab Sophoclis expositioribus excogitatum fertur: ut ad prædas facillime cōuenirent.
- T** yrrhus eodem mō scribit: nomē est uiri p̄prium: cui ut ait Virgi. li. vii. ænei. regia parent armēta: & lata cu. stodia credit̄ campi. s. regis Latini.
- T** yro cum. t. exili & .y. græco scribit: dicitur nouus miles: hoc est hō ille fortis qui ad miliciam exerceat: ut uidimus in dictione Tyrānus: cuius diminutiū ē tyrūculus: & ad quacūq; artem illa posse referri dicunt. Iuuenalis i satyra Atticus eximie inq;: Nec frustū capreæ subducere: nec latus aphræ Nouit auis noster tyrunculus. Et notādū in tyrāno primam esse breuem: in tyrone & tyrūculo longam: licet eandem habeat analogiam. Fuit etiā teste Iustino li. xviii. nomen p̄prium patris Didonis: & Pigmalionis: q̄ a Virgilio & aliis non nullis Belus uocatur. Nec Sicheum maritum Didonis fuisse dixit: sed nomine Aterbam: quem & sacerdotē & regem fuisse dixit.
- T** yrus cū. t. exili & .y. græco scribit: fuit urbs uetustate originis magnitudine & claritate (ut dixit Curti<sup>9</sup> i. iiii. de gestis Alexandri) ante oēs urbes syriæ & phœniciæ memoranda. Et ut qdā ferunt dicta prius fuit sarrā. Fuitq; cōdita ab Agenore Prisci Beli filio in isula septuaginta milibus passuū a terra diuisa. Sed Alexandri oppugnātis industria cōtinens terra facta fuit: quod Ouidius li. xv. metamorpho. tetigit cum ait: Fluctibus ambitæ fuerant antispha pharosq; Et phœnissa tyros: quæ nunc insula nulla est.
- T** hyrsis cū. th. aspirato & .y. græco in prima scribit: nomen est pastoris p̄prium.

- T**hyrsus cum. th. aspirato & y. græco scribitur: hasta quædam erat pampinis iuoluta: quam bacchætes in cho-  
reis deportabant. Ouidius li. fastorū. iiii. Fœmineos thyro cōcitāt ille choros. Vnde & Thyrsigerus dicitur ē  
Bacchus. Seneca in Medea: Candida thyrsigeri proles.
- T**hyrea cū. th. aspirato & y. græco scribitur: insula est pelopōnesi: ut dixit Herodotus li. histo. iiii.
- T**hyre eodem modo scribitur: nomen est loci.
- T**yrteus absq; aliqua aspiratōe & y. græco scribitur: fuit poeta græc<sup>9</sup>. de quo Plato i li. de legib<sup>9</sup> sæpe meminit
- T**ifantus cum. t. exili utrobicq; & i. latino scribitur: fluuius est scythia: ut dixit Herodotus li. iiii. historiarum.  
& secundus post ordesum. Inter quem (ut ait) & istrum sunt fluentes ararus: honoparis: & ordesus: qui in  
istrum decurrunt.
- T**ifana cum. t. exili & i. latino: atq; unico. s. scribitur: nec est dictio græca: ut quidam uoluerunt: sed teste Priscia  
no libro. ii. est dictio latina. estq; succus uel aqua ordei. Vnde tisanarium deriuatur: quod est uas in quo po-  
nitur uel tunditur uel coquitur hordeum.
- T**hyllageta prima aspiratur: ultima sine aspiratōe scribitur: & duplicatur. s. populi sunt scythici ultra sauro-  
matas & budinos uiuentes ex uenatōe: in quorū territorio ut ostendit Herodotus li. histo. iiii. flumina quat-  
tuor magna fluūt: uidelicet Lycus cum. y. græco & c. exili. Oarus. Tanais cum. t. exili & i. latino. & Syrgis:  
cuius prima habet. y. græcum.
- T**hybe cū. th. aspirato & y. græco scribitur: facitq; i genitiuo thysbes: fuit puella babilonia: de q̄ Ouidius.
- T**itan sine aliqua aspiratione: & i. latino scribitur: q̄ & Titanus dicitur: fuit frater Saturni maior nati: & filius  
Vrani: ut late uidimus in dictione Chronus.
- T**ityrus prima cum. t. exili & i. latino: secunda cū. y. græco scribitur: ponitur a Theocrito & Virgilio laconum  
lingua p̄ quodam pastore. & apud nos aries maior dici pōt.
- T**ityus eodem mō cum superiori scribitur: hoc est prima cum. t. exili & i. latino: secūda cū. t. exili similiter & y.  
græco scribitur: fuit Iouis filius ex Eira filia Orchomeni: quam Iuppiter Iunonis iram extimescens: in specu  
sub terra abscondit: ob quod ex illa Tityus natus dicitur est a poetis terræ filius: dicente Homero circa finem  
libri. vii. odyssæ: Τίτυον γαιήον υἱόν. Et Virgilio similiter li. aenei. vi. Nec non & tityon terræ oipotentis  
alumnus Cernere erat. Hic cum Latona uim inferre uellet: ab Apolline sagittis cōfossus: apud inferos ma-  
gno cruciatu demergitur: ut Virgilius eodem li. vi. p̄secutus est: & Seneca in Hercule furēte ait: Præbet uo-  
lucri tityus æternas dapes. Ouidius in. i. de ponto: Sic incōsumptum tityi semperq; renascens Non perit ut  
possit sæpe perire iecur. Huius magnitudinē corporis nouē iugerū dixerūt poeta: ut Tibullus: Porrectusq;  
nouem tityus p̄ iugera terræ Assiduus atro uiscere pascit aues.
- T**ithonus prima cū. t. exili & i. latino: sequens cū. th. aspirato scribitur: fuit teste Homero lib. x. iliados: Laome-  
dantis regis filius: & Priami frater: ait enim: λαομέδων ἄδρα Τίτωνος Τέκετο πρίαμον τε. Et ut rettu-  
lit Seruius super. iiii. Virgilio georgi. librum ubi ait poeta: Tithoni croceum linquens aurora cubile. Cū iu-  
uenis eēt & forma decorus ab Aurora dilectus & raptus fuit: ex qua Memnonē genuit. Sed tādē post lon-  
gissimam optatq; uitam audita Mēnonis filii morte: in cicadam uersus dicit a poetis: dicente Horatio: Lō-  
ga tithonum minuit senectus. quod iō fictum puto: q̄ cupiditate orientalis regni tractus: ubi nobis Aurora  
cōsurgit: ex uxore eorū locorū ducta Mēnonem p̄genuit: quē deinde mortuum noscens in bello troiano: &  
paternū regnū desolatū audiēs: ad quæstus cōuersus uitā finiuit: ut latius uidimus i dictione Memnon.
- T**itus absq; aliqua aspiratione & i. latino scribitur: nomen fuit clarissimi romani principis filii Vespasiani: &  
fratris Domitiani.
- T**lepolemus cum. t. exili & e. absq; diphthongo: atq; unico. l. scribitur: habetq; accētum in antepenultima: fuit  
teste Homero li. ilia. ii. Hercules & Astioches filius clarus rebus bellicis: & longo latoq; corpore redimitus.  
Veg: (ut ipse Homerus ait) quū simul ac i domo materna i iuuenilē atate adolefceret. Lycamion matris ger-  
manū oli bello eximium: tunc autē iā atate p̄uectū iteremit. S; cum cæteri Hercules ex illa filii nepotesque  
Lycami ultionē iterfedi minarent: cōparata ingēti comitū manu classiq; quā festināter ædificaret imposita  
p̄fugit. Tandē uariis agitatus casibus Rhodū puenit: ibicq; iperium Rhodiōq; q̄ tres ptes diuisi erāt: adept<sup>9</sup>  
est. Ita eni Iuppiter huic apud illos beniuolentiā cōciliauerat. suppeditauiq; eisde ob hunc mirificas opes  
affluentisque diuitias: Tandem cum in bello troiano cum Serpedone filio Iouis & lyciorum rege: hoc est  
nepos cum patruo depugnaret ab eo interfectus est: ut longo pulchroque stilo Homerus libro quinto ilia-  
dos enarrauit.
- T**molus cum. t. exili sequente. m. in eadem syllaba: & unico. l. scribitur: mons est cilicia: ut ostendit Herodot<sup>9</sup>  
libro historiarum quinto: & croco uino ac melle perfertilis. Vnde ait Virgilius libro primo georgicorum:  
Nōne uides croceos ut tmolus odores India mittit ebur. Verum & a nostris poetis nōnunq; superadditum  
fuisse. i. post. t. comperimus: ac dici timolus. Ouidius libro. vi. metamorphoseos: Deseruere sui nymphæ ui-  
neta timoli. Nec aliter ipse uersus stare possit. In huius cacumine teste Plinio homines centum quinquagin-  
ta annis uiuere Mutianus auctor est.
- T**hœa cum. th. aspirato scribitur: fuit una ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

**T**hoas cum.th.aspirato scribitur: fuit rex in taurica regione. De quo Ouidius li.iii. de ponto inquit: Regna thoas habuit maotide clarus in ora. Nec fuit euxinis notior alter aquis. Alius fuit rex lemni Liberi patris filius: & pater Isiphyles. Alius Isiphyles filius ex Iafone. Alius fuit teste Homero Andremonis filius. At enim li.ii. iliados: ὄϊος ἀνδραμονος υἱός. Fuitque rex atologus: ac eorum dux in bello troiano: in quem iccirco tunc atologus iperium recidisse dicitur: & Oeneus ipse: & dius eius filius Meleager decesserant.

**T**holus cum.th.aspirato & unico.l.scribitur: dici potest a nostris testudo: quo uocabulo usus est Virgilius li.ix. aeneid. cum ait: Si qua ipse meis uenatibus hausi Suspensiuue tholo. Sed (ut ait Seruius) tholus proprie est ueluti scutum breue: quod in medio tecto est: in quo trabes coeunt: ad quos dona suspendi consueuerant.

**T**omyris cum.t.exili subsequente.o.littera: secunda cum.y.graeco: ultima cum.i.latino scribitur: fuit regina nobilis massagetarum in scythia: quae Cyrum debellauit & interemit. De qua plene Herodotus li.histo. & Iustinus similiter li.i. sui epitomatis scripserunt.

**T**omos cum.t.exili scribitur: dici potest latine incisio: seu sectio. Nam deriuatur a τέμνω: quod est incido uel seco. est locus in ponto iuxta phasidis hostium memorabilis primo crudelitate Medae: quae ibi fratrem suum Absyrtum occidit: & in partes executi. Sed magis memoria dignus exilio clarissimi poetae Nafonis: de quo idem ipse libro tertio tristium:

Hic quoque sunt urbes graiae: quis credere posset?

Inter inhumanae nomina barbariae.

Huc quoque mileto missi uenere coloni:

Inque getis graias constituere domos.

Sed uetus huic nomen positaque antiquus urbe

Constat. & absyrti caede fuisse loco: ut late uidimus in dictione Absyrtus. Et subdit in fine eiusdem epistolae:

Inde tomos dictus locus hic: quae fertur in illo

Membra soror fratris consecuisse sui.

**T**homas cum.th.aspirato scribitur a graecis: nomen est hebraicum uiri proprium.

**T**hon huius thonos cum.th.aspirato scribitur: fuit primus qui apud aegyptios medicinam in arte redegit. De quo meminit Homerus li.iiii. odysseae. Alius teste Hellanico fuit rex canopi: ad quem cum Menelaus a troia cum Helena discedens: tepestate maris deducere: fuit primus ab illo antequam Helenam conspiceret: grate susceptus. Sed cum illam conspexit: uim Menelao inferre conatus: ab illo interfectus est.

**T**hoon cum.th.aspirato & duplicato.o.scribitur: habet accentum in ultima: fuit teste Homero li.xii. iliados: uir troianus ab Vlyxe interemptus.

**T**hootes prima cum.th.aspirato: sequente duplicato.o.ultima cum.t.exili scribitur: fuit teste Homero li.xii. iliad. unus ex praekonibus graecorum.

**T**hoota cum.th.aspirato & duplicato.o.ultima cum.t.exili scribitur: fuit teste Homero in odyssea Phorci filia: ex qua Neptunus Polyphemum genuit. Quo etiam nomine quidam Phorci matrem nominauerunt.

**T**opothesia prima cum.t.exili antepenultima cum.th.aspirato scribitur: dici potest loci positio uel descriptio. Nam topus locus: & ἑστῆς positio dicitur. Et rei uerba a poetis & historicis fieri consueuit: licet nonnunquam abutantur: ut Virgilius in i. aeneidos: Portum in secessu longo apud aethiopicam descripsit: qui teste Seruio: non illic: sed apud hispaniam carthaginem habetur.

**T**horax cum.th.aspirato scribitur: tegmen est pectoris: & a multis lorica traducitur. Virgilius i. vii. Thoracas ahenos.

**T**orone cum.t.exili scribitur: fuit urbs sithoniae: ut in ea dictione uidimus.

**T**oreumata absque aliqua aspiratione scribitur: opera sunt pulcherrime sculpta. Salustius in catilinario tabulas signa: toreumata emunt.

**T**hoos cum.th.aspirato scribitur: fuit teste Homero unus ex troianis principibus.

**T**rabea cum.t.exili scribitur: nec graeca derivationem habere puto: cuius nec latinam satisfactam adhuc comperimus: genus est uestis. de quo Suetonius li. de genere uestium inquit: Tria sunt genera trabeae. unum quod diis sacrum: quod est tantum de purpura. Aliud regum quod est purpureum: huius tamen albi aliquid. Tertium augurale de purpura & coeco mixtum.

**T**hracia cum.th.aspirato: & c. exili atque i. latino scribitur: regio est europa quae ab Herodoto aliisque auctoribus inter partes scythiae ponitur: & a θρακῶν: quod est ferum seu temerarium nomen sumpsit. Nam ferocissimos homines alebat: quibus asper corporis erat cultus. Et ut nonnulli ferunt teste Gellio li.x. noctium atticarum: prius sithon dicta fuit eius fines sunt teste Plinio li.iiii. naturalis historia. a septentrione iher: ab oriente pontus: & a meridie aegaeum mare. montes habet aemum: rhodopen: & orbelon. Et ut Plinius li.vii. dixit: Cum uaria sit mortalitas: & ad circumscribendam seipsum ingeniosa computat more thraciae gentis: quae calculos colore distinctos per experimento cuiuscumque diei in urnam condit: ac supremo die superatos dinumerat: atque ita de quoque pronuntiat. Iuxta quod dixit Iuue. & a thracia threicius & threicia deriuatur: ut in dictione threissa uidebimus.

**T**ragoedia prima cum.t.exili: sequens cum.æ. diphthongo scribitur: & habet accentum super diphthongo: cum reliquis breues sint. Ouidius in.ii. de tristibus: Omne genus scripti grauitate tragoedia uincit. Horatius similiter. Effutire leuis indigna tragoedia uersus. Componiturque ex tragos: qui apud nos est hircus: & oedia cantus. Naz hircum

hircum pro prämio sui cantus primi tragici: qui rustici & pastores arant: reportare dicebantur: ut Horati<sup>9</sup> Carmine q̄ tragico uilem certauit ob hircum. In quo tadē genere poematis floruerūt apud græcos Aeschylus: Sophocles: & Euripides. Apud nostros uero Accius: Pacuuius: Ouidius: q̄ teste Quintiliano in hoc genere Medeam scripsit. Et q̄tum potuerit ingenio clarissime ostendit. Sed his deperditis solus iam restat Seneca. De quo nec inter tragicos Quintilianus meminit. In suis tamen institutionib<sup>9</sup> illius uersiculum nominatum inducit: quem sane & in his tragœdiis: quas habemus olim comperi. Nec oēs eiusdem auctoris esse uidentur: ut uarietas stili diligenter ituentibus indicat.

**T**ragus cū. t. exili scribit<sup>r</sup>: dicit<sup>r</sup> a nostris hircus: quē nōnulli arietē eē uolunt. Vnde & tragopa auis dicit<sup>r</sup>: quæ i aethiopia asiatica maior ē aquilis & cornib<sup>9</sup> arietinis præfert caput armatum: ut scribit Solinus.

**T**ragelaphus cum. t. exili & ph. aspirato scribitur: nomen est compositum ex trago & elaphus: qui ē ceruus. Nam teste Plinio libro. viii. naturalis histo. Species est cerui: barba tamē & armorū uillo ab aliis distans: nec alibi q̄ iuxta phasim amnem nascens.

**T**ragemata cū. t. exili utrobic<sup>9</sup> scribit<sup>r</sup>: & teste Macrobio i prio saturnaliū li. ea ueteres nostri appellauere bellaria. Et ut parum supra dixit. Significant autē bellaria omne mēsa secūda genus.

**T**ralles cū. t. exili & duplicato. l. scribit<sup>r</sup>: urbs fuit in minori asia: qua Metellus numidicus exulauit.

**T**rapeza cū. t. exili & z. cōsonante scribit<sup>r</sup>: dicitur a nostris mensa.

**T**rapezita absq<sup>3</sup> aliqua aspiratione: & z. cōsonante scribit<sup>r</sup>: nomen ē deductū a trapeza. i. mēsa: qua argētarii uti cōsueuerūt. Vnde trapezita argentarius a q̄busdam: a nōnullis uero nūmularius traducit<sup>r</sup>. Sed ipi græco uocabulo utitur Plautus in Curgulione.

**T**hrasybulus cū. th. aspirato & unico. s. sequēte. y. græco scribit<sup>r</sup>: fuit uir atheniensis Lyci filius. De quo Aemilius Probus ait: Si per se uirtus sine fortuna ponenda sit: dubito an hunc primum oim ponam. Illud sine dubio neminem huic præfero fide: cōstantia: magnitudine animi: & amore in patria. Nam quod multi uoluerunt pauciq<sup>3</sup> potuerūt: ab uno tyrāno patriam liberare. huic cōtiguit: ut a triginta oppressas tyrānis athenas: e seruitute in libertatem uendicaret. Aliaq<sup>3</sup> magnifica confecit: quæ Iustin<sup>9</sup> li. v. & alii nōnulli scripserūt. Verum sequēti tpe cum prætor classem ad siciliam appulisset: neq<sup>3</sup> satis diligenter in castris eius agerentur uigilia: a barbaris noctu eruptione facta i tabernaculo interfectus ē. Alius eodē nomine fuit teste Herodo. libro histo. primo: milestorum tyrānus.

**T**hrasymedes cū. th. aspirato & y. græco scribit<sup>r</sup>: fuit teste Homero li. ix. iliados: Nestoris filius.

**T**hrasus cū. th. aspirato scribit<sup>r</sup>: nomen ē uiri: quod apud nos fiduciam indicat: quæ græce θρασος dicitur. unde & thrasumenum lacū deductum dicimus.

**T**hrasumenus lacus cū. th. aspirato: & absq<sup>3</sup> n. ante. s. scribit<sup>r</sup>: lacus ē in agro perusino. De quo Liuius & plures alii loquūtur. Nam si. n. cōsonans: ut q̄dam scribūt adderet: ita ut diceret thrasumenus eēt eius pria positione longa. quod ueq<sup>3</sup> non esse indicat Ouidius li. vi. fastorum cū ait: Sūt tibi flumini<sup>9</sup> thrasumenaque litora testes. Hūc lacum semel totum arsisse dixit Pli. circa finē libri. ii. natu. historia.

**T**hraso cū. th. aspirato scribit<sup>r</sup>: nomen ē pprium uiri. De quo saepe Terentius.

**T**rechus cum. t. exili & ch. aspirato scribitur: fuit teste Homero libro iliados. v. uir ætolus & in bello troiano ab Hectore interfectus.

**T**hreiffa cum. th. aspirato & i. latino atq<sup>3</sup> duplicato. s. scribit<sup>r</sup>: nomen ē patrium a θρεῖσ masculine: qd̄ ionica lingua thracensem idicat deductum: ubi diphthongus. ei. soluit. Virgi. li. ænei. i. Vel qu alis equos threiffa fatigat Harpalice. De quo i dictione creffa latius uidimus. Similimodo threicius dicitur.

**T**hrenos cū. th. aspirato scribit<sup>r</sup>: dici pōt latine lamētum. Et generis est neutri: quod in funerib<sup>9</sup> decantabatur. Quo primum Simonides poeta lyricus apud græcos usus ē. Et dicit<sup>r</sup> a θρηνος: qui ē planctus.

**T**rieterica absq<sup>3</sup> aliqua aspiratione: & i. latino utrobic<sup>9</sup> scribit<sup>r</sup>: erant Bacchi sacra: quæ quia triennialia: hoc est tertio quoq<sup>3</sup> ano sumptuosiora quotidianis orgiis agitabant: trieterica dicta sūt: dicēte Oui. li. ix. metam. Utq<sup>3</sup> tuo moto proles semeleia thyrso

Ismaria celebrant repetita triēnia baccha.

Idem & Scruuius affirmauit super id Virgilio libro æneidos. iiii.

Thyas ubi audito stimulant trieterica baccho

Orgia: nocturnusq<sup>3</sup> uocat clamore citheron.

**T**ribrachus prima cum. t. exili & i. latino: sequens cum. r. post. b. ultima cum. ch. aspirato scribit<sup>r</sup>: pes est tres continens breues. Nam componitur ex tris: & ἀραχύ: quod est breue. ut Virgi. i. Alexi: Te corydon o alexi ubi don o a facit tribrachum: cum uocalis ante uocalē breuis fiat. •

**T**riclinium absq<sup>3</sup> aliqua aspiratione & cum. i. latino scribit<sup>r</sup>: dicitio ē composita ex tris & κλίνη: qui est torus hoc est a tribus toris: qui iuxta mensas pro sessione ponebant est appellatum. Nam tres mensas in conuiuio apponere consueuerant: iuxta quas & toros sedebant. Iuue. in q̄nta satyra: Primo fige loco: quod tu discūbere iussus. Et subdit: Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto: Vna simus ait. Quare & pro loco ubi cōuiuabantur triclinium ponere consueuerant. ut Quintilianus loquens de loco: ubi Simonides artem memoriz

traditur iuenisse inqt: Vix eo limen egresso triclinium illud supra conuiuas corruit. Cicero uero eundē locum traduxit cōclauē dicens: Hoc interim spatio conclauē illud cōcidit. Aliquib⁹ uero aliis discubitorium magis traducere placuit: & a triclinio architriclinus: ut in ea dictione uidimus.

**T** rigla cum. t. exili & i. latino scribit: piscis ille est: qui a nostris nullus dicitur: qui & apud quosdam græcos traductus est  $\mu\upsilon\lambda\lambda\omicron\sigma$ .

**T** rimetra sine aliqua aspiratione & cum. i. latino scribit: nomen est compositum ex tris & metrum: quasi triū metrorum idest pedum.

**T** rinacria absq; aliqua aspiratione & i. latino scribit: dicitur a nōnullis trinacris: & pro sicilia sumitur. Nam teste etiā Seruio super primū aenei. græca dictio ē: q̄a tribus acris. i. summitatib⁹ seu p̄montoriis, p̄minet: uel delictet pachyno: peloro: & lilybæo: ut ī dictione sicilia uidimus. Ob quod dixit Ouidius sup. iiii. fastorum: Terra tribus scopulis uastum, p̄currit in æquor

Trinacris: a positu nomen adepta loci. Et li. xiii. metamorpho. inqt: Intran

Sicaniam. tribus hæc excurrit in æquora linguis:

E quibus imbriferos est uersa pachynos ad austros.

Mollibus expositus zephyris lilybæus: at arctos.

Aequoris exptes spectat boreamq; pelorus. Verum græci omnes poetæ & historici in osibus: quos legi emendatissimis codicibus nō trinacriā cum. t. exili: & r. post. c. sed thrinacriam cum. th. aspirato: & c. exili subsequente. i. latino scribūt. ut Homerus in odyssæa:  $\theta\rho\rho\nu\alpha\kappa\iota\eta\eta\epsilon\sigma\ \nu\eta\sigma\theta\eta\eta$ . Cuius deriuationem nec ego nec doctissimi græci: quos interrogauī reddere ualuumus.

**T** ripos cum. t. exili & i. latino scribit: componiturq; ex tris & pos: qui est pes. Erātq; tripodes teste Seruio super. iiii. aeneidos: mensæ in templo Apollinis delphici: quibus superpositæ phœbades uaticinabantur. De quibus in dictione gortina uidimus.

**T** hryoesa cū. th. aspirato & y. græco: atq; o. & e. diuisis syllabis: duplicatoq; s. scribit: fuit teste Homero li. xi. iliados: oppidū supra alpheum arduo in loco positum: & ad postremū regni pylū.

**T** hryos cū. th. aspirato & y. græco scribit: fuit etiā teste eodem Homero urbs sub regno Nestoris.

**T** riptolemus absq; aliqua aspiratione: & cum. p. ante secūdam. t. scribit: fuit teste Ouidio li. iiii. fastorum: fili⁹ Cæloī & Manalinæ. Ad quos cum in loco: qui nunc cerealis eleusis dicit: ipsa Ceres quærens Proserpinam deueniret (hæc Cæloī rura fuerat senis) Triptolemusq; eorū filius ī cunis degeret: dum nocte pater & mater dormirent: gremio substulit illa suo: Terq; manu mulxit eū: & tria carmina dixit. Et deinde in accenso foco obruit humanum purget ut ignis opus.

Excūtitur somno stulte pia mater: & amens

Quid facis exclamat: membraq; ab igne rapit.

Cui dea dum non uis inquit scelerata fuisti:

Irrita materno sunt mea dona metu.

Iste quidem mortalis erit: sed primus arabit:

Et feret: & culta præmia tollet humo.

Sane Iustino referente in secūdo sui epitomatis: & Capella de nuptiis Mercurii: Triptolemus in p̄tib⁹ at̄ticis usum frugum primus adinuenit.

**T** riton absq; aliqua aspiratione & i. latino scribitur: fluuius ē in libya defluens primo in lacū grandē seu paludem tritonidis: deinde in mare libycū: in quo lacu dixit Herodot⁹ li. histo. iiii. insulā eē noīe pola: in qua signa sunt aduentus Iasonis: & alia plura: quæ idem auctor refert. Quin & ad hūc lacū tēporibus Ogygii regis Pallas uirginali ætate apparuisse fert: ex cui⁹ noīe & ipsa Tritonia dicta fuit. Vnde Lucanus li. ix. Hæc & pallas amat patrio quæ uertice nata Terræ: primam libyen. nam p̄xima cælo est: Vt probat ipse color: retigit stagniq; q̄eta Vultus uidit aqua: posuitq; in margine plātas. Nam tanto peliui⁹ dea credita ē: quāto mīnus ei⁹ origo inotuit. Ob quod rettulit Herodotus dixisse quosdā Mineruam ipsam filiā fuisse Neptuni: & ipsius paludis tritonidos: sed patrē dedignatā dedisse se Ioui: & a Ioue filiam receptā: rursumq; & cū scuta & galeas ægyptii adinuerint: ipsam ex illis ad græcos transtulisse.

**T** riton eodem mō scribit ut superior dictio: fuit marinus deus Neptuni fili⁹: atq; Salathæ. q̄ ut dixit Virgili⁹ in. x. aenei. Cærule cōcha Exterens freta: cui lateq; tenuis hispida nāti Frons hoīem præfert: in p̄strim desinit aluus. quem ut etiā dixit Lucanus li. ix. Audit uentosa p̄stantem murmura cōcha Pontus: quod nō fictū: sed uerum fuisse ostendit Pli. li. ix. natu. histo. Et cum primum in tritonide palude aphricæ usum fuisse dicauit tritonis noīe cognominatum uolunt.

**T** riumphus prima cum. t. exili & i. latino a nobis scribit: q̄: q̄ a græcis cum. th. aspirato scribit: uidelicet  $\theta\rho\rho\alpha\beta\omicron\varsigma$ . Sed ut ait Priscianus in. viii. fuit translatio aspirationis a prima ad postremā syllabam: quō  $\chi\rho\theta\rho\alpha$  ulla in  $\kappa\rho\theta\rho\alpha$  cōmutatum fuit: quod ē ionicū: &  $\epsilon\rho\theta\rho\alpha$  pro  $\epsilon\rho\theta\rho\alpha$ . Ad cuius imitationem latini p̄  $\theta\rho\rho\alpha\beta\omicron\varsigma$  cum aspiratione prima: triumphus p̄ transmutationē aspirationis ptulerunt. & ob id eodē Priscia no teste. b. in. p. conuersa est: q̄a. b. aspirari non pōt. Et erat triumphus honor maxim⁹: qui dari poterat du

cibus romanis. Nam uehebat equis albis: quibus primus omnium Camillus inuectus est curru inaurato: capite coronato lauro: & ante ipsum triumphante uictus hostis oneratus colla catenis. Et seunte senatu capitolium ascendebat: ad templum Iouis optimi maximi. Vbi mactato tauro albo: ad propriam deinde domum redibat. Verum teste Plutarcho in uita Romuli. Si ipse Romuli imagines intuemur: non nisi pedite triumphos gessisse illum uidemus. Et refert aliquos dixisse Tarquinium Demarati filium: hoc est Priscum fuisse: quod primus ob incredibile sui animi insolentiam: hoc quod diximus: triumphandi genus adiuenerit. Qui & referente Plinio. i. xxxii. na. histo. tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius tradit. Sunt & nonnulli qui Publicolam fuisse primum referunt.

**T** hryus cum. th. aspirato & y. graeco scribitur: fluuius est elidis: qui in alpheum decurrit: de quo meminit Homerus libro iliados secundo.

**T** ritees absque aspiratione scribitur: populi fuerunt achiuorum: quod teste Herodoto libro. i. histo. i. soli mediterranei erant  
**T** rochæus prima cum. t. exili: sequens cum. ch. aspirato & æ. diphthongo scribitur: pes est celer & uolubilis. Nam a trochos: quæ est rota deriuatur. Et ut quidam ferunt a Mercurio compertum. Constatque ex longa & breui temporum trium: ut Cæsar: Caius.

**T** rochus cum. t. exili & ch. aspirato scribitur: dicitur a nostris rota.

**T** rochistus prima cum. t. exili: sequens cum. ch. aspirato: ultima sine aspiratione scribitur: dicitur apud nos puam rotam. Nam diminutiuum est trochi: unde & compositioes quædam medicorum in formam rotulae trochisci uocabantur.

**T** roezen cum. t. exili & æ. diph. scribitur: fuit oppidum atticæ regionis. Unde troezeni populi sunt cognominati.

**T** rogodytae absque aspiratione: & cum. y. graeco scribitur: sunt teste Plinio. li. iiii. natu. histo. degeneres scytharum gentes a seruis ortæ. At uero Solinus & Pöponius dixerunt populos esse africanos in finibus æthiopiæ.

**T** roia cum. t. exili & i. latio scribitur: fuit teste Liuiio libro. vii. de bello macedonico regio minoris asiæ: in qua Ilium fuit ciuitas cantatissima. Nonnunquam uero & per ipsam urbem troiam ponitur. ut Oui. prima epistolarum heroidum: Troia iacet certe. Et alibi in eadem epistola: iam seges est ubi troia fuit. Similiter Virgilio. Et cæpos ubi troia fuit. Quæ teste Homero circa initium libri. iiii. oim quæ sub sole ac stellifero cælo sunt urbium quædam insignissima est troia. Et ut uidimus in primo hore comentariorum libro. o. & i. apud graecos per diphthongum coniunguntur: quam nos diuidentes facimus. i. consonantem. Nisi ea dictio fiat adiectiua: in qua. i. diuisa ab. o. remanet uocalis: ut troius æneas: troia gaza: & similia. Deducitur inde etiam troiugena. ut Virgilio. in. iiii. Troiugena interpres diuum. Dicebatur et troia teste Festo Lulus puerorum equester: & locus in agro laurente: quæ primam Italiae Aeneas cum suis constituit.

**T** roizenus cum. i. latino sequente. z. consonante: fuit Thrax filius Cæadi. & unus ex his qui uenerunt in auxilia troianorum: ut ostendit Homerus libro. ii. iliados.

**T** rophæum cum. t. exili & ph. aspirato: sequente. æ. diph. scribitur: licet maior graecorum per aspirationem ab ipso per. amoueant: ac dicant trophæum. Nam deriuata a τροπῆ sine aspiratione: quæ est conuersio: quia dux ille qui hostem conuerterat: trophæum merebat. Qui uero ultra certum numerum hostium occiderat: ita ut plenam uictoriam consequeretur triumphum mereri dicebat. Sane nonnunquam & arbor: in qua hostium spolia affigebantur: & id adificium in quo ducum gesta inferiebantur: trophæa illi dicta sunt: ut Marii cimbrici: quemadmodum uidiimus in dictioe Roma. Nam ut rettulit Seruius super. x. ænei. Salustius in historicis de Pöpeio ait: Deuictis hispaniis trophæa in pyrenæi iugis constituit: ex quo more in urbibus trophæa figurantur arcibus exadificatis. hæc ille. Itaque trophæum de spoliis Mezentii describens Virgilio. in initio ipsius. xi. ait:

Ingentem quercum decisis undique ramis

Constituit tumulo: fulgentiaque induit arma

Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum

Bellipotens: aptat rotantes sanguine cristas

Telaque trunca uiri. & reliqua. Nam sic quoque a trophæis poni consueuerat. ut Iuuenalis in fatyra Oibus in terris.

Bellorum eximie truncis affixa trophæis

Lorica: & fracta de classide buccula pedens.

Et curtum temone iugum: uictaque triremis

Amplustre: & summo tristis captiuus in arcu

Humanis maiora bonis creduntur. Namque in summitate arcus captiuus dux uti erat ex captiuitate tristis marmore

effingebatur. Sane trophæum ipsi Aeneæ dedit Virgilius nondum & plenam uictoriam consecuto: quod occiso Mezentio fugauerat exercitum. Nam plenam uictoriam (ut diximus) triumphus dicebatur.

**T** ropus cum. t. exili scribitur: dici potest modus: figura: uel conuersio. Et ut diffinit Quintilianus libro. viii. de institutione oratoria: est uerbi uel sermonis a propria significatione ad aliam eius uirtute mutatio. Circa quæ inexplicabilis & gramaticis inter ipsos & philosophis pugna est: quæ sint genera: quæ species: quod numerus: quis cui subiiciatur: nos cæteris omissis necessarios maxime: atque in usum receptos diuersis in locis hore comentariorum exequemur. hæc modo in his annotasse contenti quosdam gratia significationis: quosdam decoris assumi. & esse alios in uerbis propriis: alios in translatis: uertique formas non uerborum modo: sed & sensuum: & compositionis.

**T** ropologia cum. t. exili & i. latino scribitur: dicitur figurata locutio. Nam componitur ex tropis: quæ est

figura: & logos sermo:

- T** hronus cum.th.aspirato scribitur: dicitur a nostris sedes:
- T** hucydides pria cu.th.aspirato: secunda cu.c.exili & y.græco: alia cu.i.latino scribitur. Et declinat teste Priscia no in.vi.non solum huius Thucydidis: sed etiam Thucydida. Fuit historicus grauiissimus apud graecos. Et teste Quintiliano e densus & breuis: ac semper sibi instans.
- T** umba cu.t.exili scribitur: ubi.y.græcum i.u.nostrum conuersa est. Nam apud illos dicitur τῆν ἄβη. Estque locus infra terram coccauus. & plerumque sepulchro accipitur.
- T** hurion cum.th.aspirato scribitur: genus est marini piscis.
- T** hurion cu.th.aspirato & i.latino scribitur: ciuitas fuit in sinu tarentino: quæ ut puto ea est quæ ab aliquibus thurina uocatur.
- T** uber cu.t.exili scribitur: & græcum ab aliquibus dicitur. Alii dicunt latinum. & a tumore deduci uolunt. Et ut dixit Pli.li.xviii.na.histo.tubera uocant hæc: quæ undique terra circumdata nullisque fibris iuxta aut saltim capillamentis fiunt. Nec utique exuberante loco in quo gignuntur: aut rima igerente cortice etiam includunt. Nec aliud esse possumus dicere quam terræ callum. Et subdit: Siccis hæc fere & sabulosis locis frutescunt: & nascuntur. excedunt sæpe magnitudinem malichotoni etiam liberali pondere. Duo eorum sunt genera: arenosa & detritissima. Altera siccera distinguuntur colore ruffo nigroque & intus candido laudatissima africæ crescunt. Et in sequentibus subdit. De tuberibus hæc traduntur peculiariter cum fuerit ibres autumnales: ac tonitrua crebra tunc nasci & maximam tonitribus nec ultra annum durare: tenerrima aut uerno esse. Hæc Pli. iuxta quæ ait Iuue. in.v.satyra:  
Fumat aper: post hæc raduntur tubera: si uer  
Tunc erit: & facient optata tonitrua coenas  
Maiores: tibi habe frumenta aledius inquit  
O libya disiunge boues: dum tubera mittas  
Nam de libycis cultoribus locutus est: dum ait in satyra: Stemmata quid faciunt: Parce & messoribus illis:  
Qui saturant urbem circo secanæque uacantem.
- T** us cu.t.exili scribitur: & græce arborem sui generis designat. Nam dicitur apud illos λιβανωτός: hoc est λίβας quod succum uliginem designat: & τός tus generis neutri. Nonnulli uero aspirandum dixerunt. & a thysia: quod est sacrificium: uel a theos: quod est deus deducunt. Et ut ait Pli. in.xii.na.histo. Tura præter arabiam nullis: ac ne arabia quidem uniuersa sunt. Et profertur: Regio eorum turifera faba appellatur. Hoc significare graeci mysterium dicunt. hæc ille. Iuxta quod dixisse Virgilus prius uidetur i.i.georgi. Solis est turea uirga fabaris. quæ cum æ. diphth. in penultima scribitur. Sed in sequentibus subdit Plinius: Siluæ longitududo est cœni. xx. latitudo dimidium. Cœnis patet Heratosthenis ratione stadia. lx. hoc est passuum quinquaginta milia: aliqui. xxii. stadia singulis cœnis dedere. Attoluntur colles alti: decurruntque plana arbores sponte nata. Et infra subdit: Nec præterea arabum alii turis arborem uident. ac ne horum quidem omnes ferunt non amplius esse familiaris: quoniam quæ ius per successiones id sibi uedicent sacros uocari. Ob id nec ullo congressu foeminae: funerumque cum incidant eas arbores: aut metant pollui: atque ita religione merces augeri. quodam permiscuum ius his populis esse tradunt in siluis. Alii per uices annorum diuidi: nec arboris ipsius: quæ sit facies constat. Nam res in arabia gestimus: & romana arma in magna parte eius penetrare. In qua (ut idem prius dixerat li.vii.) primus Helius: Gallus romana arma intulit. Quin & ut ad priora sequitur C. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petiit. Nec tamen ab ullo (quod eodem scientia latina habeatur) arborum earum tradita est facies. græcorum exempla uariant. Alii folio piri minoris duntaxat: & herbidi coloris prodere. Alii lentisco simile subrotulo folio. Quidam terebinthum esse. Et hoc uisum Antigono regi allato fructice. Et in sequentibus etiam profertur: Quod ex eo rotunditate guttæ pependit masculinum uocatur. Cum alias non fere mas uocet: ubi non sit foemina religioni tributum: ne sexus alter usurpet. Quod ideo rettulimus: ut id Virgilius intelligatur: quod ait in Damone:  
Verbenas adole pingues: & mascula tura:
- T** uscia absque aliquo aspiratioe & i. latino scribitur: uocabulum est græcum teste Pli. li.iii.natu.histo. dicente: Lydia: a quoque rege tyrrheni: mox a sacrificio ritu lingua græca tusci sunt cognominati. Nam (ut uidimus) tus græcum est. Appa cum duplicato. p. scribitur: genus est uini. De quo uidimus in dictione Surrhentum Et transmittitur aliquando ad hominem ignauum illi uino simile teste Horatio in primo sermone: Euphidius uappa famam timet aut nebulonis. Et paulo superius dixerat: Non ego auarum: Cum ueto te fieri: uappam iubeo: aut nebulonem.  
Varus cum unico. r. scribitur: fluuius est teste Plinio li.iii.natu.histo. narbonensem prouinciam ab Italia determinans.  
Vesuuus cum i. latino scribitur: mons est campaniæ ab omni alio monte solutus: neapoli ad quattuor milia passuum proximus: uinetis oliuetis & quibusdam fructiferis arboribus refertur Sed præ cæteris uini ubertate admirabilis: quod iam græcum uocant. Hic ab austro pompeios in radicibus: & farnum fluuium habet. Ab euro fere: sed remotus beneuentum. A uulturno Capuam. A circio neapolim. Eructauitque quandoque cineres & incendia in formam pumiceæ arenæ: ita ut ex illis campi usque ad arborum cacumina itum